



BENIVENII DE MORBIS ET CATTANII DE INTE









ANTONII BENIVENII DE ABDITIS NONNVLLIS AC MIRANDIS MORBORVM ET SANATIONVM CAVSIS.



HIERONYMVS BENIVENIVS IOHANNI ROSATO MEDICO ET PHILOSOPHO .S.

c VM POST Insperatã amantissimi fratris mortez, qua, propterea q̃ quicquid in me fugiẽtis uitæ ex tam multis miseriis ac langoribus supererat, uno illo niteretur, nihil mihi in terris potuit accidere grauius, eius per q̃ sane honestam &omni doctrinaꝝ genere locupletem bibliothecam euoluerem, incidi in pleraq; eius ingenii monumẽta: quæ ille, ut erat uir doctrina & ætate prouectior, ac propterea multaꝝ rerum usu & experientia pollens, cudebat quotidie. Lectitanti igĩ ea mihi, ac sæpius ob memoriã illius reuoluenti obtulit se se interea libellus quidam, in quo uir sũmo & studio & diligentia præditus, q̃cunq; trigesimum supra secundum iam annum medenti illi admiratione digna occurrerant, & ex quoꝝ cognitu usus aliqs posset existere, studiosissime prout quæq; acciderant scriptitabat. Delectatus suz fateor nouitate ipsa rerum & uarietate lectionis: Measq; partis esse duxi, ea q̃libet impolita, et quæ tumultuaria quadam, ut uidebanẽ, festinatione ex tempore potius effusa, q̃ a cu

ra diligentius exarata, iterum autor relec/
turus esset, utcunq; colligere: & in publicũ
dare. Ne siqua in his utilitas, Posteris inui
deretur: & una cum autore periret. Naʒ cæ
tera, quæ de reliquis medicinæ partib9 pau
lo accuratius scribebat, non mihi uisa sunt
ita maturuisse, quæ in publicum ueniant.
Sed ne hæc quideʒ quæ de pluribus mutilis
alioquin ac uarie interlitis uix eruerẽ potue
rim, sine te, hoc est, sine cuiuspiam excel
lentis ingenii & doctrinæ uiri consilio & au
toritate publicare ausim. Ne mihi indies ex
probrent temeritatem meã: qui fratris mei
uiri alioquin eruditissimi informem aborti
uum pro maturo & undequaq; consumato
fœtu tollẽs in patris dedecus & ignominiã
prodere festinaueriʒ. Feci igitur quod meuʒ
erat: quod fraternus postulabat amor, qđ
publica suadebat utilitas. Verum nisi ad
hoc nostrum officium accedat cura & diligẽ
tia tua, quibus & errata mea, siqua forte in
his colligendis retractandisq; admiseriʒ, se
dulo dispungas, & fratris festinatam celeri
tatem sicubi opus fuerit, tempestiue matu
res, feci nihil. Vale.

Iohannes Roſatus Medicꝰ et Philoſophus/ Hieronymo Beniuenio .S.

l Egi amantiſſimi fratris tui libelluꝫ de abditis non nullis ac mirandis morborum & ſanationum cauſis/ opus uariuꝫ/elegans/ eruditũ/ &/ ut uno me uerbo expediam/ dignum tanto uiro. Magnum profecto detrimentũ/ magna/ ut mihi uidetur/ iniuria fieret/ cuꝫ præſentis/ tum futuri ſæculi hominibus: ſi tantæ utilitatis & eruditionis liber illis inuideretur. Ego quantum ad me attinet/ officio functus ſum. Reliquum eſt ut nunc tandeꝫ per te liber ipſe prodeat in publicuꝫ: Ne/ ſi domi contineatur diutius/ magni criminis reꝰ fias. Vale.

ANTONII BENIVENII FLOREN/TINI MEDICI ET PHILOSOPHI DE ABDITIS NON NVLLIS AC MIRANDIS MORBORVM ET SA/NATIONVM CAVSIS.

De morbo quem uulgo Gallicũ uo/cant. Caput. Primum.

QVVM MORBI GENVS, Anno Salutis nonagesimo sex/to supra mille q̃ngentos a Chri/stiana salute non solum Italiã, sed fere totam Europã irrepsit. Hoc ab Hispania incipiens, per Italiam ip/sam primum, tum Galliam cæterasq; Euro/pæ prouincias late diffusũ mortales q̃ plu/rimos occupauit. Incipiebant enim pustu/læ genere diuersæ in genitalibus membris, licet interdũ sed rarenter in capite: & inde per totum corpus diffũdebant̃. Aliis q̃deꝫ plane minimeq; extantes: sed scabræ tamẽ in superficie, & colore subalbidæ: a quib9 squamæ resoluebantur, & caro sub his cor/rosa apparebat. Aliis uaris similes figura rotundæ: & ab his item squamis leuiorib9 resolutis prominebat caro rubicundior:

ex qua uirulentia fetens & grauioris odoris profluebat. Non nulli uero latioribus corripiebantur pustulis / sed quæ supra cutem non intumescerent / crassiores squamas habentes: ex quibus etiam uirulentia copiosior emanabat: & amotis squamis caro apparebat obscurior ac subliuens: quæ inulcerata roderetur. Quartum genus erat: quod subalbidis squamis amotis cicatrici simile remaneret: a quo profluens interdũ sanguis difficultatem sanationis ostenderet / & similitudine siccam scabiem repræsentaret / cæteris omnino deterius: & licet minus eroderet / serpendo tamen uariis & intentatis insidebat locis. Hoc autem morbi genus plebem plurimum seruosq; afficiebat. Ex nobilioribus uero paucos. Subsequebantur huiuscemodi pustulas: licet etiam interdum præcederent articulorum dolores: qui non minori cruciatu torquerent ac senescentibus iam pustulis plurimum inualescerent. Quod si medicamentis compingentibus intrinsecum quis conaretur extrudere humorem / continuo exortæ pustulæ in gula & ore ægrotos male habebant: Ex quo etiam non nulli ob incuriam medentis mortem obibant / aut / quod proximum est / erosis faucibus difficillime sanabantur. Has autem nos impetignis

esse genera / quas Græci lichenas uocant / iu
dicauimus. Quem etiam morbum Plini9 /
ꝗ ex accepto osculo mentũ uenaretur / mẽ
tagram appellauit. Huius uero & Celsus
quattuor species esse dixit: rubricam. s. et
nigram: Tum & quæ serpendo procedit: et
quæ item bullulas uaris similes habet: Ma
teriam autem harum pustularum diuersaꝫ
quidem sicuti & diuersa sunt genera iudica
mus. Interdum enim acuta humiditas san
guini mixta & erodens dominatur. Inter /
dum crassior tenuiori parte absumpta & ad
atram bilem uersa. Non nunꝗ etiaꝫ atra ip
sa insurgit bilis: quæ ab acutiori humidita
te non absoluitur: & cutem perforans car /
nem erodit. Pari quoqꝫ modo exusti humo
res ad naturaꝫ atræ bilis inclinãtes efficiũt:
Qui si densioribus occurrãt membris / quæ
perforare nequeant / Figuntur ibidem / &
dolores excitant uehementiores: donec re
soluantur / aut tandem erumpant in pustu
las: Quæ & si alioquin fœdæ & ad sanescen
dum difficiles / sine ullo tamen dolore / ut
atræ bilis natura est / infectos premunt. Ex
quo fit / ut qui eiusmodi afficiuntur pustu
lis / imperitis se se medicis non unquam
curandos tradant. Quibus ægritudinis hu
ius causas penitus ignorantibus dum inter

mali initia compingentibus unctionibus il
lis mederi festinant, sæpe eos aut in morteꝫ
aut saltem in deteriorem, uel etiam penit⁹
in insanabilem compellant morbum. Naꝫ
cum huic malo causæ insint difficiliores,
& quæ uix remoueri queant, ut non sine
magno labore, ita nec sine diuturnioris tē,
poris spatio sanescere potest. Quare qui ex
his festinam sanitatem quærunt, mortem
plurimum, ut iam dictum est, aut saltem
diuturniorem morbum nanciscuntur. Si
quis igitur huiuscemodi malo uexatus si,
bi ipsi citra omne discrimen consulere, ac
certam salutem acquirere cupit, his utatur
medicamentis atq; consiliis: quæ a nobis in
fra ponentur. Asserunt peritissimi medici
si huiuscemodi morbus toto diffundatur
corpore, iisdem medicamentis curationeꝫ
suscipere, quibus & lepra curatur. Quare
cum iudicaueris sanguinem his misceri hu,
moribus, deduciq; eos cuꝫ sanguine posse,
optimum præsidium erit sanguinem illico
de uena media, quam nigram Medici uo,
cant, mittere. Contra uero si ineptos, &
qui cuꝫ sanguine minime fluere possint exi
stimaueris, æquare eos ac deducere medica
mento debes. Non inutile tamen erit hiru
dinem, quaꝫ sanguisugam uocant, aut cu

curbitulas ea parte affigere qua æger magis urgetur. Præsidii indigentiam indicant, habitus corporis, rubor in loco, tumor ue narum, & si pustulæ sanguinolentæ sint. Postea uero ad ea medicamenta confugien, dum: quæ materiæ partem deponant: Quod certe fœlicius fiet, si aluum duxeris eo medicamento, quod habet Myrobala, norum omnium partes duas: Radicis bar bari partem unam: Agarici Polypodii sin, gulorum partem mediã: Succi fumiterræ, senæ & uuæ passæ singulorum partem quar tam. Quæ tudicula attrita bulliãt in aquæ libris sex, donec quarta defecerit pars. Tũ decolata comprimantur: & additis mellis libra, scamoneæ unciola, & siliquæ egiptia cæ unciis duabus paruo igne in unam redi, gantur compositionem, De qua deuoret æger unciolam mediam. Demum aggredi debemus potiones materiam æquantes: ut ex fumo terræ, endiuia, aceto, saccaro, li monum citriq; acido succo. Aut eam, quæ habet Myrobalanos omnes, fumũm terræ, endiuiam, buglossam, melissam, boragi, nem, uiolas, absinthium, thamerindum, epithamum, & rhosam. Quibus additis succo fumiterræ atq; saccaro bulliant, et ad potionis formam redigantur. Materia tan dem æquata deducatur aluus medicamen

to potentiori : quod deponat humorem / que3 excernere uolueris : sicuti sena / polipo dio / albo ueratro / lapide stellato / scãmo nio / compositione filii Amech / Inda & aliis multis / quæ doctores extollunt : Dũmodo non obliuiscaris nutrire ea in lactis aqua : quæ siue in potione siue bucella accipies / optimum & excellens auxilium inuenies. Verum quia humor non una tantu3 uacua tione secernitur / iteranda sæpius hæc erũt. Vltimo loco ea sunt aggrediẽda præsidia : quæ extrinsecus adiuncta etiã conferre pos sint : ut ĩcrassiori & glutinosa materia / quæ incidant : in tenuiori / quæ resoluant : in me / dia quæ utrãq; operatione3 concilient. Mol lire interdum & dolores remittere oportu / nis præsidiis conuenit. Hoc autem malũ tollit acida pars citri / gummi arabicum / gummi nucis plurimæ / storax liquens / & si napis / si aceto liniantur. Saliua quoq; ho minis ieiuni / presertim quæ dentibus inhæ rescit / præsentaneum remedium est. Aqua sulphurea / aqua salita & maris spuma / suc cus psilii / oleum ex frumento & ex uiolis. storax & pix armoniacus / elleboru3 / gum mi rutæ / litargiriu3 / tutia / resina pini / spu ma argenti & cærussa. Serapion aũt nitri partes duodecim sulphuris partes xiiii. ex

cipiebat resina copiosa / eaq; utebatur. Alii minio sinopio cæram & oleum ex rhosa addunt & eo inungunt. Non nulli uero resinam / Terebentinam / Argentum uiuum / masticem / litargirium / cerussam / thymiamaq; excipiunt / myrtino oleo atq; larido: & eo inungentes sudare ægros cogunt. Nec postremo desunt qui fateant̃ se ex solo potu medicamenti / quod habet laccam lotã / aloen ac myrti coctione3 / ex eiusmodi ægritudine sanos euasisse.

Vermis uomitu proiectus. .II.

i Ohannes quidam faber lignarius annum agens quadragesimũ / cum a cordis dolore fere perpetuo duobus iam annis grauiter urgeretur / ac propterea q eo sæpi9 in mortis discrimen adductus fuerat / peritissimos quosq; nostri sæculi medicos sed frustra consuluisset / tandem ad nos uenit oratum / ut siquo modo possem tanto malo succurrerem. Mouit me fateor cum res ipsa / quæ satis per se miranda uidebatur: Tum uel maxime uiri lachrymæ ac nimiu3 miserabilis obsecratio. Cœpi itaq; mecũ cogitare an id forte ex malo habitu uẽtriculi: seu cordis / siue ille calidus frigid9 ue esset / aut sicc9 / simplex aut mixt9. Sed ho℞ null9

certis inditiis ostendebatur. Cordis enim natura nobilis præstansq̧ tãto tempore huiuscemodi iniuriam non tolerasset. Cũ nullũ ægritudinis genus imprimi in corde possit, quin homine ad festinam mortẽ deducat: Opinanti igit̃ mihi malignam aliquã et noxiam materiam in uẽtriculo detineri: quæ, ꝗ uicin⁹ loc⁹ sit cordi, ad eius ceruicẽ ascendens hominem afflictaret, Visum est eam quoquo modo propellere. Quare medicamento uomitionem fieri iubeo. Eo & si corrupta ac putrens materia expellit̃, nõ tamen dolor remittitur. Consulo igitur ut iteꝝ uomitũ experiat̃: quẽ nihilo seci⁹ una intermissa diecula ualidiorem exhibeo. Expulsaq̧ eo est crassior pituita. Et cũ ea uermis longitudinis digitorum quattuor satis plenior, capite rubro, leui, rotundoq̧: qđ Pisi magnitudinem non excederet: Cætero corpore lanugine quadam contecto, cauda furcata ad similitudinem nouæ lunæ: pedibus nixus quattuor, duobus in dexteriorem, totidem in sinisteriorem partem coaptatis. Admiratus uermis formam medicis eruditioribus ostendo. Nullum inuenio qui monstrum simile uidisse se unquam fateretur. Aderat tamen senior quidã, sed medicæ artis imperit⁹: Qui testat⁹ ẽ similẽ

se uidisse uermẽ uomitu quoq; propulsũ ab Alexandro quodam cœnobita: q statim ut ille aiebat, proiecto eo mortuus est. Vocitabat aũt hoc monstrũ cordis uermẽ. At contra æger ille noster ut primũ uermẽ ipsum euomuit ad pristinã reuersus est sanitatem.

Lapides in tunica epatis reperti. III.

m Vlier quædã nobilis dolore exorto circa iocinoris partes cũ diu multũq; angeret, ac propterea q̃ plurimos medicos consuluisset, effugere tñ id malum nullo præsidio poterat. Quare opem nostrã una cũ aliis experiri placuit. Conuenimus igr̃ plures medici: & quæ nam essent hui9 morbi abditæ causæ hinc inde plurimo sermone discussimus. Verũ ut contingere in reb9 dubiis plerũq; solet, sententia non conuenim9: Cum pars, iocinoris abscessũ, pars malum habitum iudicasset: Nos uero uitium in membrana contegente inesse credebamus. At illa cum inualescente morbo paucis post diebus, ut nos etiam ex certis inditiis pari consensu prædixeramus, e uita migrasset, mortuæ corpus incidendum curauim9. Et inuenti sunt in iocinoris mẽbranulæ parte decliuiori congesti lapilli fi

gura & colore diuersi. Alii enim rotundi: Alii angulares: Quadrati alii, prout positura & casꝰ effecerat, maculis ẽt rubeis, cæruleis albisqꝫ distincti. Hi sua grauitate ex tunica sacculuꝫ longitudine palmi, latitudine uero duorum digitorum effecerant. Hanc aũt nos mortis causaꝫ arbitrati disputaꝛ̃ de obscuris uanũ & inutile iudicauimꝰ.

Fluxus sanguinis ex Poro. IIII.

n Oui hominem robustum admoduꝫ: Qui trigesimum & sextum agens annum sæpe mecũ conquestus est de certo sanguinis fluxu: Quo singulo quoqꝫ mense grauiter afflictareẽ. Interroganti mihi qua parte corporis flueret, id se nescire respondit. Admiratus hominis uerbum, detege inq̃ locum unde fluat. Deposito pallio ilia dextra ostentat: ubi subiacet iecoris pars ima. Diligenter locum oculis lustro: si foramen aut cicatrix in parte sit: omnia æquabiliter posita lenem & mollẽ carnem, nullam asperitudinis cicatricis ue notam inspicio. Ab homine decipi suspicor. Quod ille aduertẽs paucis, inquit, diebus hũc tibi scrupulum demam. Instat enim tempus quo sanguis fluere consueuit. Reuersus perendie uno superposito digito locuꝫ flu

xus contegebat: quo amoto non secus ema
nauit sanguis, ac si ex incisa uena ꝓflueret.
Nec pri⁹ fluor ille cessabat q̄ sanguinis libra
emitteretur: Quo euacuato nullus discer
nere poterat unde euacuatio facta esset. Exi
stimaui uenulam foraminibus cutis sua cer
uice inhærescere: Indeqꝫ stato tempore san
guinem euacuari. Curaui igitur hominem
sola sanguinis missione ex uena iecoris sin-
gulo quoqꝫ mense. Curiosoqꝫ uictu iniunc
to, protracta cura est ad sextum usqꝫ mēseꝫ
& tandem conualuit.

De uena umbilici, et ex uulua pro
lapsa intestina. .V.

m Vlierem uidimus sexagenariam, cu-
ius intestina ex uena umbilici subito
prolapsa sunt, nullo præsidio conferente
tertia die uitam finisse. ¶ Vidimus et aliā
de cui⁹ uulua pariter disrupta intestina oīa
profluxerant, paucis item diebus occubuis
se. ¶ Insuper et tertiam nouimus, cuius
intestina perfracta eorum tunica a summa
umbilici cute tanquam in sacculo depēde
bant in uuluam: Hæc autem miserā qdeꝫ
sed tamen longioreꝫ uitam ducens una cuꝫ
hoc malo consenuit.

Commune omnibus umbilicũ ad decorẽ prominere. Monstrosũ, si promineat ultra q̃ decens sit: Iohannes Binus filium habuit octimestrem: cuius umbilic9 digitis quattuor excreuerat ad Penis similitudinem. Coles enim testiculorum tunica iunctus uidebatur: a quo etiã spiritus erũpebat interdum. Hunc cum plures medici inuisissent: & ex his alii intestinum eo erupisse iudicarent, alii omentum, alii humorem, nos carnem in loco increuisse dicebamus. Cui sententiæ cum pater inhæsisset, puerum curare cœpi. Sed ꝗ autoritate eoꝝ mouebar, qui propter spiritum, quẽ inde erumpere interdum diximus, intestinum illud esse dicebant, resecanda ne mihi esset caro illa, & id ipsum ferro ne an igne poti9 faciendum, plurimum addubitabam. Verum certa tandem ratione subnixus uincirĩ carnem decerno: singulisq; diebus arctius deligans nõ prius desisto q̃ ea ipsa præmortua penitus exciderit: ac puer subinde integram ualitudinem recuperauerit.

q Vis non miretur si audierit quod & nos uidimus puerum scilicet duode cimum agentem annum, cum urinam sep timo iam die non redderet propterea q cõ cretum quid ex pituita & sanguine urinæ ipsius canaliculos obstruxerat, ea tandem ex ano euacuasse. Presertiз si nouerit et uesicam ipsam ceruicemq eius minime foraminulentam aut fungosam existere: & intestinum quod penetrari debuit, solidæ & concretæ esse naturæ, ut decet tunicas omnes quæ neruosæ sunt. oportuit enim aut incisam uessicam intestinumq, quod citra mortem fieri nequit. Aut naturam, cui impossibile nihil est, huiuscemodi aperuisse uias: ut inde urinam redderet, puerumq seruaret. Nouimus enim miranda eius opera. Nam & purulentum quid etiam ossi subsidens extrinsecus trudit: & hominem certis inditiis moriturum sæpius liberat. Vnde & militem uidimus, cui illatuз uulnus in coxam uessicæ ceruicem inciderit: Ac subinde incuria medici adeo conglutinatum obcalluit, ut penitus iter urinæ obstruxerit: Sed ea nihilo secius carne paulatim erosa coxa altera extrinsecus erupit.

Indeq; quoad uir ille uixit rite profluens reddita est. Sed Pauli Bonini filium noui/mus: qui glande colis clausa natus Paulo infra eam itinere patefacto urinaz reddebat.

Mulier a spiritu malo oppressa. VIII.

a Ccidit his temporibus nouum & ad mirandum morbi genus: Quod & si uiderim curauerimq;, scribere tamen uix ausim. Mulier sextum decimum agens an num ab ima uentris parte dolore exorto cõ uellere manibus nitebatur. Cumq; in hor rendum clamorem erumperet intumesce/bat illico totus uenter adeo ut uterum ge/stare crederes octimensem: & uoce exhausta ubi toto cubili hinc inde reiectans se se, & plantas pedum interdum ceruici connectẽs resiliebat in pedes: iterum procidens ac re siliens isthuc ipsum identidem factitabat. Quo ad paulatim ad se reuersa quo quo modo recrearetur. Interrogata quid egis set penitus ignorabat. Nos uero eiusmodi morbi causas disquirentes arbitrati sumus hoc malum ex uuluæ ascensu & uapori/bus malis sursum elatis ac subinde cor & cerebrum impetentibus prouenire. Quare idoneis medicamentis adhibitis cum nihil

omnino profecissent non parum mirati su
mus. A recta tamen uia minime desistendũ
putauimus: donec ferocior facta ac toruis
oculis circunspiciens tandeꝫ prorupit in uo
mitum: quo longiores & recuruos clauos
æneasq; acus una cum cæra & capillis in glo
bum mixtis euomuit. Et nouissime ienta/
culi frustruꝫ tantæ magnitudinis / ut deuo
rare integrum nullus potuisset. Cumq; id
ipsum sæpius etiam uidente me factitasset /
teneri eam arbitratus suꝫ spiritu malo: qui
dum hæc ageret spectantiuꝫ oculos perstrin
geret. Quare spiritalibus medicis commẽ
data manifestioribus dein signis & argumẽ
tis rem comprobauit. Nam & nos sæpe eam
uaticinantem audiuimus: & ea præterea
agentem uidimus: quæ omnem uim mor/
bi supergressa humanum etiam captum ex
cederent.

Sanatum genu miraculo euidenti.

Obertus Saluiatus Bernardi filius &
diui Dominici fratruꝫ consortio iunc
tus dum in monasterio sancti Marci Flo/
rentinæ ciuitatis uitam degeret / geniculi
dexterioris abscessu grauiter affligebatur.
Quare me familiari medico accersito ma/
lum ostendit. Intumuerat enim genu:

tantumq; eleuabatur, ut humani capitis magnitudinem æquaret. Notæ pituosu; & uapore plenum ostendebant. Hic chirurgica manu curatus bis iam sanitatem fuerat consequutus. Reuertebatur tamen id malum priore peius. Quare iudicauimus huiuscemodi ægritudinē ubi iam inueterasset nullo modo citra ustionem finiri posse. Territ9 ille iudicio nostro ac propterea medicæ artis spe deposita ad diuinum confugit auxilium. Erat eo tempore in eodem monasterio uir simplex & bonus, Fide & Charitate pollens Dominicus Pisciæ oppido ortus & eiusdem relligionis professor: Per quem Deus plurima iam signa fecerat. Hunc igitur Robertus ipse conueniens miserabilibus primum lachrymis & precibus orat, ut se se suis apud deum orationibus liberet: quod cum ille pro sola humilitate abnueret, instat iterum Robertus. Nec prius a lachrymis & importunitate desistit, q̃ Dei hominem flectit atq; exorat. Celebratis itaq; ex more ac peractis missarum solemnibus, cum ad Robertum ipsum, qui solus celebranti illi ministrauerat conuersus fuisset, geniculum detegit: & signo Crucis super malum impresso, fiat, inquit, tibi secundum fidem tuam. Quibus uerbis om̃is ꝑrsus intra pauculos dies delituit

ægritudo. Quod & nos non solum uidimus: sed & propriis (ut aiunt) manibus attrectantes geniculum ipsum detumefactum ac penitus sanescens inuenimus. Et nequis non oio uirtute diuina factum putet, hic septimus iam est annus ex quo ille sanitatem adeptus eam seruauit & seruat ope & auxilio illius: qui solus omnia potens uiuit & regnat in sæcula.

Miraculo liberatus. X.

i Vuenis quidam Florentinus nomine Gaspar dum circa præcordia sagicta uulneratus spiculum educere nititur, relicto mucrone arundinem tantum euellit. Quem cum Chirurgici omni licet ingenio omniq; præsidio nixi auellere minime potuerint (in intima enim costa adeo inserat ut reuelli nullo auxilio posset, nisi costa ipsa perfracta & uulnere ampliori facto) mortem potius quamlibet miserabileʒ q̃ tale genus curationis subire malebat. Quare tandem in desperationem uersus laqueo suspẽdere se, aut profluenti Arno uel alto puteo præcipitem dare cogitabat: qđ & fecisset, nisi assistentes amici illum diligẽtissime custodissent. Inter quos erat uir quidam Marioctus nomine fide & probita

te pollens: hic hominem iugiter deprecabatur, ut desperatione reiecta in manus potius Dei, a quo est omnis salus, tam grande malum tradere conaretur. Huius tandem precibus flexus Gaspar totus ad Deum conuertitur, non die, non nocte ab oratione cessans: donec in uaticinium prorumpens nõ nullos interim, qui ad eum uisendi gratia accederent dum adhuc procul essent, paulo post adfuturos prædiceret. Quin etiam et ignotuʒ quemlibet proprio quoqꝫ nomine citans admonebat astantes omnes uti Deuʒ timerent, & de salute sua confiderent. Se enim non modo de ea deqꝫ die & hora qua illam consequi deberet, certiorem factum esse: sed & multa præterea eodem lumine præuidisse aiebat: ut profectionem suam Romam & mortem: exilium Petri Medicis & fugam: ciuitatis nostræ Florentiæ angustias & calamitates: Italiæ subuersioneʒ: & alia q̃ plurima: quæ breuitatis causa silentio præterimus: quæqꝫ fere omnia magna ex parte iam impleta uidemus. Nam & qua prædixerat die atqꝫ hora mucro ipse ex uulnere sponte sua prosiliit: quo eiecto etiam uaticinari destitit: & Romam tandeʒ peregre proficiscens mortuus est.

Mulier uulua carens uixit annis de-
cem. XI.

i Ngeniosus nostri sæculi medic9 Vgo
linus Pisanus me licet iuniorem ad
uocandum censuit: ut una cum illo mulie
rem quandam curaremus: quæ uuluæ per
nitioso ulcere uexabatur. Huius nos ma
litiam omni studio & diligentia tollere sed
frustra conati sumus: Nam corrupta inte-
rim uulua & frustulis comminuta descen
dens non prius fluere destitit q̃ tota putre
scens decideret: ac sic mulierem ingẽti ma
lo liberauit: quæ licet uulua carens, sana
tamen superuixit annos decem.

Aqua inter cutem. XII.

a Qua inter cutem cum uehementius
urgeretur puer: tantaq; intus contrac
ta esset, ut aluum nullam in partẽ mouere
posset, omni auxilio medicorum destitut9
temerariam sibi libertatem uendicauit.
Quare aqua quantum poterat epota in ulti
mum se se mortis discrimen male san9 præ
cipitauit. Verum siue id aquæ contractæ
impulsu siue ope naturæ factum sit, solu
ta est umbilici unitas: indeq; tanto impe-

tu aqua profluere cœpit, ut supra uentrem cubitos tres ascenderet. Quo sane uitaʒ finisset: nisi circũ assistentes opposita manu aquam fluere non permisissent. Hinc me dico accersito & aqua paulatim educta ac curioso uictu & cæteris quæ ad rem facerent iniunctis breui tempore in pristinam redactus est sanitatem.

Rusticus per annum nihil bibens ab aqua inter cutem liberatᷣ. XIII.

r VStico, quem aqua inter cutem male habebat, opem nostram expostulanti, sanari illum cum iam morbus inueterasset, minime posse respondi. Instanti tamen ut aliquod saltem consilium ei præberemus, subridens inquam amice si curari desideras opus est ut non ultra bibas q̃ ut uitam sustineas. Discessit: & anno peracto iterum reuersus interrogat an ipsum nouerim. Nego me hominem nosse. At ille tua ope curatꝰ, inquit, ad te reuertor, scire cupiens an adhuc mihi liceat aliquid bibere: cum hactenus per annum nihil biberim. Admiratus interrogo quare & cuius

consilio? Cui ille, tuo inquam: & rem omnem ab initio narrat. Iussi igitur paulatiꝫ uino assuescere: sed mero potius q̃ lymphato: & eo ipso austero ac tenuissimo. Discessit: & curiosa potione usus ad pristinũq; reuersus statum quam mecum familiaritatem primum contraxit, eam adhuc in hanc usq; diem officiosissime seruat & colit.

Struma ingentis magitudinis & ponderis. XIIII.

m Vlierem Oliuam nomine struma coxæ innata multos annos miserabiliter uexabat. Ad eam enim iam magnitudinem excreuerat, ut occupante ea coxam ipsam ac crus ambulare non posset. Quo factum ut iam quinquẽnio misera in lecto iaceret. Nec ex medicis ullus inueniebatur: qui aut ferro aut alio quo uis medicamento tollere taꝫ ingens malum auderet. Quare omni spe destituta me, cum iunior adhuc essem ad se uocans operam nostrã deposcit. Lachrymis urget & precibus, ut q̃libet miserabile, aliquod tamen ei præsidium afferam: Mori se malle q̃ in tanta miseria & calamitate uitam ducere. Moue-

runt me fateor infœlicis mulieris lachrymæ: ac propterea rem sane arduam, & quã nullus qui saperet attentasset, aggressus strumam ipsam ea potissimum parte, qua coxa pendebat uinculo deligo. Et quoniã resecanda crassitudo palmo plenior erat, singulis quibusq; diebus uinculum ipsum arctius necto: Donec pars media resecaretur. Tum candenti ferro quod superest scindo: sanguinem supprimo: & mulierẽ fere mortuam resummens molli cubiculo recreo: ac curiosa dein obseruatione idoneisq; medicamentis rite procedens diuino tandem auxilio eam in pristinam sanitatẽ reduco. Tanta autem fuit præcisæ carnis moles, ut pondus sexaginta librarum excederet.

Ex frigidissimo emplastro Stomacho admoto mors subsecuta. XV.

n Oui medicum: qui uel incuria uel magis, ut arbitror, inscitia emplastrum frigidissimum stomacho cuiusdam uiri, dum illum uentriculi dolor satis mordax urgeret superposuit. Putabat enĩ hoc auxilio dolorem ipsum tolli posse. Verũ ille dolore fere amoto, grauem tñ noxam

percipienes redeunti medico exponit dolo
rem quidem remissum : se tamen inspiran/
di difficultate uexari. Quod inscius me
dicus paruifaciens iterum emplastrū admo
uit : & ne tollatur etiam iubet. At æger
dum assistentes imperata faciunt / paucis in
terim horis singultu premitur : quo grani9
grauiusq; hominem afflictante inhorrescūt
illi membra : ex quo etiam paucis intercep
tis diebus mors subsequuta est : quam me
dici omnes ex incusso stomacho frigore pro
uenisse iudicauerunt. Ignorabat enim bo
nus ille medicus nullum princeps aut prin
cipi subseruiens membrum solis frigidis es
se curandum.

Ex frigidissimo aquæ potu uir inte/
rimiturr. XVI.

a Ntonius Parmensis iuuenis admodū
robustus cum sub feruentissimo sole
& magni æstus tempestate pluribus diebus
in itinere fuisset / ardentissima tandem febri
correptus est : Quare cum uehemens eu3
sitis urgeret / frigidissima aqua epota intra
paucas horas mortuus est.

Defectio ex frigidissimi uini haustu. XVII.

b Lasius Senensis familiaris noster & cōdiscipulus duȝ longiusculo tempore sub ardētissimo sole pilæ ludo incaluisset, nec sudorē adhuc aut fatigatione remissis in subterraneum locum, ubi uinaria erat cellula, descendisset, frigidissimi uini caliceȝ haurit: quo epoto statim deficit: Indeq; ut erat fere præmortuus ad cubile delat⁹ ac calidis utcunq; fomentis sed non sine graui noxa tandem licet ægre refocillatus conualuit. Frigidissima enim potio altius cordi insederat.

Erosum capitis os. XVIII.

q Vidam monachus ordinis beati Augustini ex his quos canonicos regulares uocant, dum in monasterio diui Donati, quod urbi nostræ prominens Scopetuȝ dicunt, uitam ageret, semel mecum conquestus est, affirmans capitis eius os paulatim indies erosum iri: quod miratus, caput detego: manu diligentius contrecto: frontem fere totam osse denudatam inuenio: & quod maius est nullam in cute summa, nullam in carne noxam aduerto, rei

causam quæritans iudico acutissimo humore hoc fieri: qui foraminulenta carne demissus nullam in ea uim faceret. Os uero, quod densius ac propterea magis obsistens, eroderet, non secus ac fulgur: quod aurum illæsis interim loculis non nunquam liquare solet. At monachus ille cum maior iam ossis ipsius pars esset erosa & nullo proficeret auxilio paucis annis uitam finiuit.

Lapis ex intestinis eiectus. XVIIII.

m Ariottus Palla Pharmacopola cum intestinorum dolore uexaretur: eiusque uenter nihil fere & id quidem ægre atque liquatum redderet, pluribusque hominem medicamentis aluum ducentibus & clysteribus curassent medici: & morbus nihilominus inualesceret, ad aliud auxilii genus conuersi, totum ipsius aluum humidis fomentis emolliunt: Nec prius ab incœpto desistunt quam ille sic fotus lapidem instar columbini oui aluo proicit. Qui quidem lapis intestino subsistens & iter magna ex parte obstruens licet ideo deduci non posset quod intestino tunicisque eius deligatus esset, uel quod ipsius crassioris intestini aliqua forte inhæresceret cellula, medicamentorum

tamen præsidiis & expultrice adiuuante uirtute tandem propulsus est.

Aerea acus perforato stomacho extrinsecus truditur. XX.

d Euorauerat Mulier quædam æneam acum: & nulla inde noxa percœpta integrum annum ita ut erat, sana permansit. Quo peracto cœpit dolor satis acutus mulierem ipsam circa uentriculum urgere: Qui dum eam magis magisq; indies affligeret plures consuluit medicos: Nihil tamen de deuorata acu, quam penitus obliuioni tradiderat, referens. Variæ fuerunt hinc inde sententiæ. Alii enim ab acutiori humore, alii a uento inter tunicas stomachi recluso, cæteri uero ex malo habitu excitari hoc malum putabant. Cumq; omni quo poterat studio & diligentia curata sanitatem nullo modo consequi posset, medicæ artis spe deposita tolerare id malum satius duxit, q̃ perpetuis medicamentis inaniter uexari. Sicq; annis iam decem tali urgente dolore, miseram uitam trahebat. Cum ecce acus illa terebrato

uentriculo e paruo demissa foramine prosi liit. Nos autem & acum uidimus & mulierem curauimus: quæ paucis post dieb9 unitate uulneris facta in pristinam sanitatez restituta est.

Ob incuriam a lepra liberatus. XXI.

m Emini Onofrium Tedaldum ꝓ mortuo a medicis derelictum incidisse in manus nostras, non quidem ut curaretur: (id enim factu impossibile uidebatur:) sed ut satis amicorum opinioni & ægro ipsi fieret. Lepra hominem male habebat: & febricula insuper urgebat. Quaz ꝙ solidas animalis partes occupans quasi habitum inducat, Græci ethicam uocant. Tantumqꝫ inhæserat solidis membris hæc febricula, ut macie & tabe consumpta carne nihil nisi pellis & ossa superesset. Quin & in neruis crurium tanta item contractio facta erat, ut calces natibus inhærescentes extendi nullo modo possent. Indulgens itaqꝫ hominis uolutanti permitto ut omnibus ommissis legibus suo arbitrio uiuat. Aduentante igit̃ uere cum iam nux plurima tenuiori cortice uestiretur, his uesci cœpit: Et cum omne aliud cibi genus fastidiret, non una altera ue contentus etiam supra centum singulis

diebus comedebat, pane licet modico adiecto. Quo factum ut & uenter fluere cœperit, & stomachus nihil continere: sicq; frustula integra deiici, ut cōcoctio nulla in eis appareret. Hoc itaq; incurioso & licentiori uictu usus ad æstatem usq; processit. Quo tempore citrullos, angurias, peponesq; comedens nullum præter ea cibi gen9 deuorabat: sed & ea cruda & incocta oīa deiiciebat. Peracta autem iam fere æstate refici cœpit: & corpus quo quo modo resumptum ad habitum suum reuertitur. Quo ad sicco & calido morbo humidis & frigidis præsidiis superato, quem ratio & diligentia curare non poterat, incuria & temeritas ad pristinam redigeret sanitatem. Qua biennio fœliciter usus incurioso postmodum uictu & inutili libertate in eundē recidit morbum. Quo demum absumptus paucos post annos e uita decessit.

Vlcus menti sanatum dentis euulsione. XXII.

i Vuenis quidā Angenius nomine annis iam tribus menti ulcere uexabatᷓ: qui licet opera complurium medicorum usus fuisset, tantum abfuit ut non deprehēdentibus illis morbi causam sanitatem con

sequi potuerit, ut pene omnem recupe/randæ ualitudinis spem amiserit: Dum scilicet ex his non nulli q altum & callosũ ulcus uiderent, citra ustionẽ nequaq̃ tolli posse affirmarent. Atq itez alii quia callosa haberet ora Chironeum ulcus crederent: & ob id curatu difficillimum arbitrarent: Nos uero ut primuz hominem uidimus, & ulc9 conspicati sumus, nullis id malum medicamentis uinci posse prædiximus: nisi eo pri9 eruto dente: ad cuius radices ulcus ipsum ascenderet. Id quod res plane indicauit: nam dente ipso euulso, erosam eius radicẽ cernimus: unde scilicet malũ illud fomentum ac pabuluz capiebat. Quo sublato nõ multis post diebus etiam domesticis medi/camentis sanatum est ulcus.

Attoniti fulmine. XXIII.

a Ttonitos fulmine patrem & filiuz uidimus: quorum corpus & mens stu/pore quodam tenebantur: adeo ut dissolutione neruorum, quam Græci Apoplexiaz uocant, affici eos crederem. Cũq ad septimum usq diem fere absq cibo & potu, qn etiam muti & sine sensu uitam miseram traherent. Ex uena demum, quam medici nigram uocant, sanguis emittitur: aluus du

citur: corpus plurimis frictionibus distringitur, ac tenuissimis interim cibis utcunque alitur: donec paulatim refecti ad pristinam tandem sanitatem reuersi sunt.

Lapis tussicula expulsus. XXIIII.

e Nricus quidam Alemanus, cum laterum doloribus triennio iam uexaretur, & ob id opera & consilio multorum interim medicorum, sed frustra usus fuisset, ad nos tandem uenit oratum, ut siquo modo possem laboranti illi opem ferrem. Interrogo igitur hominem an initium morbi causam ue teneret, utrum scilicet ex frigore uel ex ictu aliquo, aut nimio cursu, uel distillatione a capite, siue etiam ex præcedente aliqua alia ægritudine hoc illi contigerit. Respondit, se nullam procatarcticam scire causam: sed tantum ex occulto initio paulatim increuisse morbum illum: adeoque auctum ut eum ad mortem duceret. Anxius igitur & tanti doloris causam minime deprehendens nesciebam quo me uerterem. Neque enim ulla uel materiei uel mali habitus erant inditia. Cum tussicula quædam sicca hominem urgeret: neque item excrementa aliqua uidebantur; Et medicamenta etiam, quibus curatus fuerat, intentiones fere omnes euacuauerant.

Quare autorum tandem sententiis nixus, quibus docetur medicus, cum causæ morbi abditæ sunt his præsidiis uti, quæ cõferre quidem possint, nocere non possint: Cœpi primum lenire pectus, mollire guttur & asperam arteriam: donec calculo ad auellanæ magnitudinem de pectore propulso, & sicca illa tussicula & omnis præterea dolor amotus est.

Magna suræ ossis parte resecata puella cõualuit. XXV.

h Ieronymi Corbinelli filia octauum agens annum elephantico morbo affecta est, ita ut & suræ os uitiari cœperit. Summa enim cutis maculas crebrosq; tumores habebat: & rubor paulatim in atrum eleuari ac conuerti cœperat, adeo ut facile iudicares uitium in osse consurgere: presertim q & ingenti dolore afficeretur: & nullum in carne puris signum appareret. Quare soluto uẽtre & sanguine cucurbitulis misso detegere os decernimus: quo detecto, quicquid putrens & cariosum inerat abscindimus. Sicq; magna ossis parte resecata puella, quod multis impossibile uidebatur, tandem rite curata conualuit.

Sagicta carminibus euulsa. XXVI.

n Ihil tam facile in corpore q̃ sagicta cõ
dit̃ / & eadem sæpius altissime : quod
& in milite uidimus: cui telum dextra par
te pectoris illatuꝫ sinistræ scapulæ ossi / usq;
adeo inhæsit / ut & multi mucronem euel/
lere frustra conati sint. Nam redire tam lon
go spatio minime poterat absq; carnis & ue
narum neruorumq; laniatione : propterea
q; utrinq; spicula ipsum cingerent : nec etiã
cõtra carne incisa euelli tælum poterat : cuꝫ
os scapulæ/cui insederat/magnum amplũq;
obstaret. Quare medicæ artis præsidio de
stitutus / cum id citra mortis periculum fie
ri non posset / aduocat Arioluꝫ : qui duob⁹
digitis plagæ superpositis & carminibus ne
scio quibu⁹ insusurratis tælũ ex osse redire
iubet : quo & si absq; ægri corporis noxa nõ
tamen sine utriusq; animæ dispẽdio obtem
perante miles ille paucis post diebus rite cu
ratus conualuit.

Vlceratæ nares. XXVII.

u Lcerari nares intus consueuerũt : eiq;
malo uix succurri potest cũ inuetera/
scit. Mihi nubilis puella nobilisq; osten/
ditur : quæ eiusmodi morbo diu tenebat̃ :

Nec inuentus est Medicus, licet plurimi puellam curandam suscepissent, qui id malum tollere potuissent. Erant enim ulcera circa nares crustis pluribus fœda: e quibus etiam malus consurgebat odor: qđ genus Græci ozenam appellant. Curam itaq; orante patre, qui unice filiam diligebat aggredior, his auxiliis fretus: quæ ad hunc morbum conducibiliora uisa sunt. Primo igitur aluum duco, humores æquo, & cucurbitulis scapulis affixis carneq; ferro incisa sanguinem mitto. Tum & frictionibus diuertẽtibus usus, nares calida aqua spongia expressa confoueo: deinde cærussã & argenti spumam oleo myrtino & omphacino excipiens ad crassitudinem mellis reduco, eoq; illiniri nares sæpius iubeo: quo auxilio crustis omnibus excisis, cærussa demum, olibano, cadmia, sylliq; interiori parte diligenter attritis & melle addito medicamentum cõficio: quo specillum lana obuolutum intingens ulceribus admouebã: Et his repletis linamentum, eo quoq; medicamento illitum demittebam in nares. Idq; bis die uel ter faciendum curabam: quo ad his præsidiis & auxiliis malo, quod plurimos medicos diu multumq; frustra fatigauerat, paucis etiam mensibus sublato puellam pristinæ reddidimus sanitati.

Naturalia clausa incisione cu-
rantur. XXVIII.

n Aturalia fœminarum interdum clau
di certum est. Id autem aut protinus
in utero matris fit, aut ulceratione illarum
partium: Dum scilicet ex incuria medici sa
nescendo oris inter se se conglutinatis iun-
guntur. Incidit in manus nostras puella
quædam iam matura uiro, iam plenis nubi
lis annis: cui naturalia ipsa clauderentur.
Quæ cum ego huiuscemodi malum cura-
turus inspicio, uideo membranulam quan
dam: quæ ipsius uuluæ ori opponeretur.
Quare duobus lineis inter se se transuersis
eam incido: statimq; tanta ac tam ingenti
impetu nigrior materia profluxit, ut gran-
de lumen, quod tunc minister admouerat,
extinxerit. Menses enim præteriti intus te-
nebant: qui & dolores etiam singulis men
sibus excitarent. Incisa itaq; membranula
ipsa, quicquid ex ea intus superfuit, hamo
apprehendo amputoq;. Tum reliquum
curæ ex aliorum ulcerum more prosequu-
tus haud multis post diebus puellam ipsã
sanam ac coniugio aptam relinquo.

Emortuus fœtus unco extrahit : XXIX.

m Aturo partu intus emortuo periclitabat uxor pistoris mei : quare euocatum me rogat, ut deficienti illi quoquo modo opem feram. Ego uero reputans huiusmodi curationem inter difficillimas annumerari & summam prudentiam ac moderationem desiderare, Presertim & quod ita fœtus transuersus iaceret, ut ne manu quidem intra uuluam iniecta dirigi in caput aut in pedes posset : Et quod imus uenter iam frigesceret de salute eius dubitare cœpi. Verum hortante me coniuge ac cæteris assistentibus, ut nullum intentatum relinquerem auxilium, uncum uertebris dorsi infantis iniiciens paulatim extrahere nitor. Sed obstabat oris uuluæ compressio & ceruix toto corpore replicata augebat extractionis difficultatem. Quare calido oleo naturalia foueo: quo paulatim hiante uulua fœtum educo. Mulieremque fere mortuam molli cubili recreo : & oportunis demum præsidiis curatam pristinæ sanitati restituo.

Natus ano clauso. XXX.

u Idimus duos pueros ab utero matris natos naturalibus clausis : horum alteri caro quædam in ano altius increuerat,

adeo ut intestini exit⁹ percipi nullo modo posset: quo factũ ut paucis diebus uitam finierit. Alteri uero membrana quædaʒ ipsi⁹ tantuʒ ani ori opponebatur: sed ea acutiori scalpro præcisa statim sanatus est puer.

Naturalia erosa & clausa. XXXI

m Vlierem etiam uidimus, cui morb⁹, quem uulgo Gallicum appellant, totam uuluã eroserat: & incuria medici qcqd erosum fuerat, oris inuicem iunctis obcalluit: Indeq; sola urina, & ea ex paruo qdeʒ foramine reddebatur. Huic nos propterea q̃ callus ipse altior esset q̃ ut citra mortis discrimen incidi posse extimaremus, consuluimus, ut incurata potius uiuere q̃ tanto se periculo exponere uellet.

Intestino tenuiori clauso uita finit. XXXII

s Tomacho longa & plura uitia cuʒ ex aliis membris tuʒ humoribus sibi innatis accidere consueuerũt. Vnde & nos uiruʒ nouimus quinquagenariuʒ, qui ex præterita ægritudine, quã cholerã Græci uocãt, ĩ qua simul & deiectio & uomitus acciduñt, intestinaq; torquẽtur, & bilis atra supra infraq; erumpit, in perpetuum, & ut experien

tia docuit, penitus insanabilē inciderat uomitum: unde & stomachus paucis admodū horis cibum continebat: & aluus p̄terea nihil omnino reddebat, siue his leuibus siue etiā acribus medicamentis urgeret̄. Assūmebat. n. cibos leuiores, & ad concoquendū faciles: quos ubi aliquot horas cōtinuerat, q̄cquid ex his supererat, emouebat. Alebat̄ autem parte tenuiori: quā uenæ a uētriculo attrahebant: sicq; miserā q̄dem, sed tamen longiusculā uitam duxit. Huius uero nos morbi causam indagantes, putauimus eam intestino tenuiori figi: eoq; adeo obcalluisse, ut cum incoctus cibus ad iecur tot9 penetrare non posset, retrocederet & uomitu tandē expelleret̄, id q̄d mortuo eo experimēto cōp̄bare uolētes corpus incidere tētauim9. Sed nescio qua superstitione negantibus cognatis, uoti compotes fieri nequiuimus.

Ex abscessu misinterii mortuus. XXXIII.

i Vlianus q̄dam iuuenis alioquin optimus alui torminibus uexabatur: Inq; dies magis magisq; dolor uim capiebat: tantūq; aberat ut huiuscemodi doloris abditæ causæ deprehendi possēt, ut nullis unq̄ præsidiis tolli aut saltē leuari hoc malū potuerit. Omnia enim uiscera sana uidebantur, iecur, lien & intestina omnia nullam doloris

notam ostendebant. Sed ille nihilominus magis magisq; indies q̃ ut tolerari posset urgente dolore ipso tandem e uita discessit. Quare mortui corpore inciso/ut scilicet tãti mali causas dignosceremus: & sanis omnibus ut putabamus inuentis uisceribus/iubeo intestina amoueri. Quæ dum gladio discindit minister ĩ abscessũ magnu; incurrit. Quo p̃ciso materia multa nigrior fetensq; ꝓfluxit enclaustro sutorio similis. Ex quo manifestã eius mortis causã dep̃hendimus: Atra.n.bilis eo confluens eiusmodi abscessum paulatim effecerat.

Monialis intestinoꝝ dolore mortua. XXXIIII.

IN cœnobio diui Donati/qđ in agro Puluerosæ est/religiosa mulier & eius cœnobii professa fuit: quæ intestinoꝝ doloribus multis iam mensibus urgebat̃. Et aluus nihil nisi ægre & durum/idq; tantũ decimo quoq; die reddebat. Cunq; nullis conferentibus auxiliis diu multumq; hoc malo uexata/tandẽ naturæ cõcesserit/mortuæ corpus incidendũ curauimus: & inuẽta sũt intestina altiori callo cõstricta: Adeoq; iter angustum relinquebat̃/ut deiectiones ægre trãsmitti possẽt. Hoc tñ nos malũ ꝓpea q; aluũ prementi nescio qd durum renitebat̃/etiam ea uiuente præsenseramus.

Tuberculū ſupra cordis arteriam. XXXV.

m Vlier Clara nomine & generē cordis do
lore interdum uexabatur : quē medi/
cia malo ipſi9 cordis habitu fieri arbitrabā/
tur. Sed cum plurib9 iam annis connubio
iuncta non conciperet/ & ſterilitatis cauſam
quæreret ac tollere conaretur multis præſi/
diis / Ita demum dolor ille cordis increbre/
ſcere occepit / ut perpetuus fieret : Ex quo
ſæpius etiam mulier ipſa deficiens/ recreari
uix poterat/ donec eo iam magis magiſq; in
ualeſcente e medio ſublata eſt. Cæterꝝ mor
tuæ corpore inciſo & fruſtulū nigrioris car
nis in ſiniſtro cordis uentriculo ſupra arte/
riam / qđ meſpilii formam haberet / & uul
ua a medio infra uerſus imam eius partem
iunctis oris obcalluiſſe reperta eſt. Quare
ut tuberculum illud mortis / ita hoc ſterili
tatis cauſam fuiſſe cognouimus.

Stomachum obcalluiſſe. XXXVI.

a Ntonius Brunus affinis meus / cum
emanducatum cibum breuiori q̄ par
fuerat temporis ſpatio contineret : & ita
ut erat incoctum reiiceret / omnibus medi/
camētis/q̄ ſtomachi uitiis adhiberi poſſūt/di
ligētiſſime fot9 ē. Verꝝ cū ea nihil oīo ꝓfice
rēt/& corpori ob inopiā alimēti iā abſūpto

uix pellis & ossa superessent, gradatim tandem ad mortem deductus est. Quare defuncti cadauere publicæ utilitatis gratia inciso inuentum est hominis uentriculuꝫ ita iunctis oris ad imam eius partem obcalluisse, ut cum nihil inde ad inferiora transmittere potuerit, necessario mors subsecuta sit.

Callus in uenis mesaraicis. XXXVII.

p Etrus Aldimarius filium habuit: qui cum octauum iam ageret annum, in corruptum incidit appetitum: quo calculos ruderaqꝫ comedens in lentam tãdem febriculam deuenit. Indeqꝫ procedente tempore & uentriculus non continere & uẽter fluere cœpit. Adeoqꝫ duobus his malis uexatus est puer, ut paucis etiam diebus e uita decesserit. Huius nos cum annuente patre emortuum corpus incidissemus, repertus est callus inter uenas, quas mesaraicas appellant: a quo cum uenæ ipsæ adeo obstruerentur omnes, ut ferri inde sanguis ultra nõ posset, necesse fuit pueꝝ e uita migrare.

Angina incisa. XXXVIII.

a Ngina laborabat Nicolaus Rota: sed nullꝰ tñ rubor aut tumor uel intus in gula uel extra uidebat̃. Et ip̃e nihilominus

uix spiritū trahens quicquid præterea eden
dum summeret per os statim & nares reiicie
bat. Quare cum arescente corpore, pallen
te iam facie ac uertentibus oculis spes omis
sublata esset: & medici, qbus cura demāda
ta fuerat, ægrum amplius non adirent, me
licet iuniorem conuocant, ægruꝫ ostendūt:
& quæcunqꝫ acta fuerant exponunt. At ego
cum & ægrum ipsuꝫ ad mortem tendere, &
medicos quæcunqꝫ oportuna fuerant præsi
dia adhibuisse intelligerem, cœpi ipse me,
cū cogitare satius ne esset ægrum ipsuꝫ Deo
& naturæ, ut cæteri medici, incuratū dimit
tere: an aliquod licet insolitum utile tn̄ au
xiliū expiri. Verum adhortantib9 his, qui
ægro assistebant, consiliū capio: & locuꝫ al
tioribus plagis sub ipsis maxillis ac etiaꝫ su
pra collum incido: ex quo cū sanies multa
prorumpet, adeo morbus leuatus ē, ut fau
cibus ipsis spiritū simul & cibū capiētib9 fa
cilis dein ad bonā ualitudinem ægro ipsi da
retur regressio.

Soluta umbilici unitas. XXXIX.

u Irū nouimus, queꝫ dolor in pleniori
intestino exort9 adeo cruciaret, ut nul
lo interim spiritu erūpente mediū hominē
disiectū iri putares: Cūqꝫ frustra multa au
xilia adhiberēt, & nō solū clysteria ut ī aluū
demittebant, eadē ꝓrsus eiicerēt, sed & me

dicamēta quoq; tā nihil ex ipo aluo depone
rēt, ut iter hinc inde clausū crederes. Tādē
cucurbitula umbilico affixa (solet. n. hu
iusmodi malum tali præsidio nō nunq̄ mi
nui ac leuari) soluta est umbilici ipsi⁹ uni
tas: indeq; spirit⁹ crassior erūpens & cucurbi
tulā ipā; disiecit, & hominē omi amoto do
lore pristinæ sanitati restituit.

Eleuatio stomachi. XL.

a Nnū sextū decimū agenti Petri Guic
ciardini filio ita ceruix uētriculi sine
ullo doloris sensu eleuabat, ut magnitudi
nē pomi cydonei æq̄ret: nec manifesta cau
sa ostendebat, cū omi nocumento careret.
Quare rē admodu; diligēti⁹ uestigare cœpi
admirat⁹ quænā; abditæ hui⁹ mali causæ es
se possent. Sed cū nullā prs⁹ pter uentu; in
uenirem, a quo uētriculi capite paulati; ele
uato ita eiuscemodi fieret tumor, ut & ossa
ēt talem sitū adepta, nec ultra ad pristinum
statū reuersa figurā ia; illis impssa; tanq̄ na
turale; custodirēt. Ferrea demu; lamina, q̄
ex cīgulo quoq; surgebat ferreo, stomachu;
comprimi iubeo: quo paulati; ad sedē suā
retrocedere cogeret: qd factū est: Na; haud
multo post hoc uno tantū psidio ita repres
sus ē tumor ille, ut ad pristinā ac naturale;
formā ipi⁹ uētriculi ceruix penit⁹ reūsa sit.

u Rgebatur mulier acerbissimo capitis dolore propterea q̄ menstrua nō prouenirent: uerum his demū uomitione propulsis illico sublatus est dolor. Sed cum id iterum iterūq; ac sæpius factitasset, abhorrens tandem mulier ab huiuscemodi uitio auxilium nostrum exposcit: qui sola sanguinis missione ex uenula, quæ sub talo est & menstrua ipsa ex naturali loco rite profluere coegimus: & quod sequens est, mulierem ipsam pristinæ sanitati restituimus.

Cordis pars patefacta. XLII.

i Nciso abscessu, qui supra septimam uertebram innatum longo temporis interuallo sinum fecerat, intimamq; membranam sua sanie prorsus eroserat, minima ipsi9 cordis pars oculis cernentium patefacta est. Verum cum hominem summa & diligentia & solicitudine curaremus in pristinam redactus est sanitatem.

Pure per urinam deducto sanatus est pleureticus. XLIII.

o Ritur sæpe in lateribus morbus, qui pleureticus a Græcis nominatur.

huic tussis & febris accedit : & execrat̃ cum pituita sanguis, graue profecto ac pene intolerabile malum. Hoc cum affligeretur Antonius quidam, & morbus iam ad maturitatem peruenisset, euacuato per urinam pure, quod raro contingere solet, penitus sanatus est æger.

Ex tabe sanata sola sanguinis missione. XLIIII.

a Nno integro remorantibus mẽstruis mulier ad summam deducta est maciem: & uenæ eius ob nimiam plenitudinẽ nigriores factæ admodum extendebantur. Cunq; nullum cibi genus desideraret, consequens fuit, ut totum tabesceret corpus. Quare præsẽtaneum auxiliũ iudicauimus sanguinem mittere: qui cum primo die nigrior effluxisset, iubeo & altero id ipsum fieri. Quo longe clariore emanante factũ est, ut profluentibus dein mẽsibus mulier, quæ per annum macie & tabe afficiebatur, idoneis tandem medicamẽtis resumpta ad pristinam facile redierit ualitudinem.

Fluxus sola oratione sanatus. XLV.

a Ccidit interdum uentrem fluere: & si diu negligas, difficilior plerunq;

fit eius curatio: quin & non nunquam im possibilis. Quod & nos nuper experti su mus. Iohannina Bencia affinis mea, mu lier quidem & animo & genere nobilis, cũ diu uentrem fluere permisisset, eo tandem deuenit, ut nullis medicamentis, nullis au xiliis, nullis etiam balneis eiusmodi flux⁹ sisti potuerit: augente interim hoc malum iugi & inuincibili humore: qui ex eius in firmo alioquin & imbecillo capite in uentri culum distillabat. Et licet interdum con ualescere uideret̃, haud multo tamen post reuertebatur id malum & quidem priore de terius. Quare omni spe medicæ artis depo sita, Fratrem Dominicum Pisciensem ordi nis prædicatorum, de quo etiam supra mẽ tionem fecimus, adit: morbum quo tenet̃ exponit: se omni humano auxilio destitu tam affirmat: lachrymis & precibus orat, ut laboranti sibi sua & fide & oratione opẽ ferat: Quod cum ille se facturum pro ui ribus annuisset, admota manu mulieris ca put comprimit. Tum fusa oratione ac si gno Crucis ibidem impresso abire iubet. Reuersa domum cum eo ipso atq; item al tero die uenter nihil ex cõsuetudine præter q̃ sanum redderet, me conuenit: rem ordi ne narrat: seq; penitus liberam affirmat. Quod & si Deo, cui possibilia sunt omnia,

fr̃ dominicus da piscia

factu facillimum scirem : Verebar tamen ne quod habebat in uotis mulier / id iam se adeptam persuaderet : Cum nihilominus morb9 ipse paulo post uel etiã deterior re- surus esset. Sed cum iã tertius peragatur an nus ex quo flux9 ipse suppressus ē / nec ulla interi3 apparuerit uel etiam appareat regres sionis nota / ingenue & fatemur & p̄dicam9 hoc solo nutu Dei p fide3 & orationē sanc / tissimi illi9 uiri factū fuisse / ad laudē & glĩa3 nominis sui : quod est benedictū in sæcula.

Gelatus in comitialem incidit mor bum. XLVI.

h Ieronymus Bencius / cum e diui Lau rētii æde / ubi declamātis ad populu3 concionē audierant / domū sese recepisset : et reserato hostio ad cubiculum usq3 / in quo uxor ex partu lāguēs iacebat / ascēdisset / im motus ibidem & inconniuis oculis stetit. Quē cu3 uxor diutius intuita rogasset tan dē qd ageret : & ille nihilo seci9 expgisceret / accersitis famulis ĩ eodē quo illa iacebat / cu bili coniugē locari iubet. Qui ubi tandē sē su3 recepit / nihil eoꝝ / q̄ ipse interi3 egerat / re cordabat. Quare cōuocatis medicis / quib9 & ip̄e interfui / plurimo sermone quæsitum est / an ille toto eo tempore obdormierit / ut accidit multis : qui ea persæpe dormien

tes faciunt: quæ munia solū uidentur esse uigilantium: an alio quopiam morbo laborauerit. Ac tandem conuenimus illum eo tempore non dormisse: sed rigidum potius uel attonitum aut gelatum fuisse. Quam quidem sententiam etiam subsequens malum manifestissime comprobauit: cuꝫ paulo post in comitialem inciderit morbum: quo nullis prorsus conferentibus auxiliis multos iam annos miserabiliter cadit.

Amissa atq; iterum recuperata memoria. XLVII.

e X præterito morbo conualescens Antonius quidaꝫ Senensis, quæcunq; memoria fixa tenuerat ita prorsus oblit⁹ est ut ne rerum quidem nomina reminisceretur: Dumq; Florētiæ esset, Senis se esse putabat: Sed ne amicos quidem ab inimicis discernebat: Quos etiam immutatis nominibus uocitabat. Quare eo uelut prorsus amenti, atq; deliro naturæ dimisso, Cum uigesimo iam die hoc malo angeretur, cœpit. uenter fluere, uariaq; & diuersa strigmenta, sanguinem, bilem uiridem, muccosasq; deiectiones deponere. Quo factum ut mens simul & memoria redirent: licet nihil eoruꝫ quæ ipse interim gesserat, recordaretur.

Ex distensione neruorum mors sub sequuta. XLVIII.

m Ittere sanguinem ut expeditissimum perito est, sic ignaro periculosissimũ. Iuuenem uidimus cui cum ex brachio san/guis mitteretur & neruum scalpellum atti gisset, statim sequuta est neruorum disten/sio: quæ hominem ita crudeliter afflictauit, ut paucis etiam diebus laboranti illi uitam eripuerit.

Ex incisa arteria fere mortu9. XLVIIII.

o Rta, ut assolet, inter commensales li te, cum quidam e conuiuis arreptuꝫ calicem in Alfonsi Hispani familiaris nr̄i faciem proiecisset, & incisa arteria ac cute di lacerata sanguis copiosior erumperet, mul ta quidem sed frustra adhibita sunt medica menta: cum ea sit arteriæ ipsius conditio, ut incisa coire aut sanescere citra ustionem non possit. Quare cũ sanguis ipse eo sempꝑ uehemẽtius proflueret, quo plura experirẽ tur auxilia: & homo iam uenis exhaustis prorsus deficeret, ad me tandem mittunt rogantes, ut si fieri possit, amicum a mor te præripiam. Venio igitur ad eum: uul/nus inspicio: uirtutem probo: nullum su

peresse præsidium iudico præter ustionem solam: Quare ea qua potui diligentia incisam arteriam candenti ferro inuro: & statiʒ suppressus est sanguis: quo inhibito reliquum curæ facilem satis & expeditum habuit ad sanitatem regressum.

Mulier ex copiosa sanguinis missione emortua. L.

q Vidam nostri sæculi medicus philosophiæ magis q̄ medicæ artis peritus, cum uxorem Iacobi Pactii equitis Florentini curaret, quæ duabus tertianis uexabat̄, mittere sanguinem utillimum iudicauit: quod & ego, cui simul cum illo cura demā data erat, penitus non improbabam: cum bilis sanguini mixta uideretur. Sed & multa tamen pituita exuberabat. Igitur uenā incidendam quidem censui: Sed tentandi gratia, ut scilicet colorem sanguinis habitumq; discerneremus. Qui si crassus & niger esset, tanq̄ uitiosus largius effunderet̄: sin contra ruber & pellucens, tanq̄ integer seruaretur. Incisa igitur uena sanguis effluxit rubicundior. Quare dimisso iam caliculo, supprimendum censui: ille contra deducendum. Verum cum esset ipse ætate prouectior, eius magis sententiæ in hæ,

rentibus coniuge &propinquis, ad duas sane libras sanguinis miserunt æque lucidi ac rubri. Quare cura omni seniori illi relicta protinus discedo, palam affirmans atque contestans iugulatam esse mulierem: quod & paulo post rei euentus facile comprobauit. Cum paucis admodum diebus mulier ipsa defectis iam uiribus, ac uoce penitus exhausta in sonnum inciderit grauiorē: ex quo tandem mors subsequuta est ob nimiam scilicet humorum cruditatem: quæ ex ingenti sanguinis profusione contingere solet. Quare debet semper medicus si diligens sit in omni sanguinis missione considerare utrum crassus & niger, an contra ruber & pellucidus sit. Quod si niget & crassus, ut uitiosum effundi: sin contra ruber & pellucidus, ut integrum supprimi iubere: Tantum enim abest ut eiusmodi sanguinis rubri scilicet atque pellucidi missio prosit, ut etiam plurimum semper obsit. Sed excidit homini documentum filii ceni: quo immissione sanguinis cum bilis accensionem, tum &pituitæ cruditatem plurimum cauendam censuit.

Epoto ueratro iugulatus. LI.

l Aboranti cuidam Zenobio nomine quartana, imperitus quidam medicus ueratrum, quod inter cætera medicamenta periculosissimum est, temere propinauit: Ex quo statim subsequuta est cum crebra ac uehemens alui ductio, tum spiritus tam grauis ac difficilis attractio, ut cum me filii ad hominem iam in mortis articulo positũ aduocassent, & nullis potuisset præsidiis tã to malo succurri, intra sex tantum horarũ spatium mors eum uiolenta e medio subtraxerit. Cauendum igitur est ne huiusce modi medicamenta, quæ ueneni naturam habent, & stomachum cæteraq; mẽbra plurimum lædunt, absq; eo exhibeamus: qđ nocumentum auferre possit: cum & aluũ per se sæpius ducant: & hominem non solum infirment, sed plerunq; etiam morti tradant.

Vomitu ex albo uerato mors subsequuta. LII.

u Omitus ut interdum sanis utilis, sic aduersa ualitudine laborantibus nõ nunq̃ necessarius. Verum multum interest quo modo & quare fiat. Hoc autem offi

cium diligentis medici esse debet. Nam cũ quidaʒ medicæ artis imperitus albo ueratro uomitum ciere solitus, omne genus mor- bi tali præsidio se se curaturum polliceret̃, Accidit forte ut in manus ei⁹ inciderit qdaʒ, qui duobus iam annis uẽtriculi uitio labo- raret, nec ullis unq̃ medicamentis sanari po tuerit, ut pote quod cum suapte natura dif ficile sit, difficillimum etiam redditur in corpore infirmo atq; imbecillo, præsertim ubi licentiori quadam libertate utat̃ æger. Albo igitur & huic ueratro, ex more exibẽ te illo, plurimum bilis ac pituitæ, tum ni gram bilem, postremo sanguinem eiecit: Quibus ita deductis, imbecillitas primo & quidem magna, tum sudor frigidus to- to capite ac thorace emanans, nouissime & mors subsequuta est. Non igitur ignora re diligens medicus debet huiuscemodi me dicamentum non semper ægris prodesse: sa nis uero semper obesse: Nam ubi robustuʒ corpus nactus fueris, & uentriculus sit po tens, morbusq; longior ac difficilis, ut co mitialis & insania aut pares his, tunc albuʒ ueratrum rite ac citra medici culpam exhi- bi potest.

c Vm haud postremæ notæ Medicus nobilem quendam ciuem curaret: & febribus male hominem habentibus, uniuersum corpus in sudorem resolueretur: uiresq; omnes ita deficerent, ut cognati plurimum de salute eius addubitarent, me aduocant: ægrum ostendunt: curam enarrant. Inspiciens itaq; hominem, oculos admodum graues ac pallorem faciei intueor: quin & intima eius præcordia calore uehementi affici aduerto. Quare sudorem inæqualez, qui finiri non poterat, statim amotis uestibus, quibus ille de præcepto medici tegebatur, ut incongruum & inutilem supprimere nitimur: præsertim q eo uires ægri penitus conuelli uidebantur: tum corpus euentari ægrumq; ēt frigidiorib9 porionibus uti iubeo: donec sudor, quem medicus ille omni studio ciebat, prorsus supprimeretur. Quod ubi factum est, immutari statim uideas ægri faciem: uires redire, calorem reprimi, febrem remitti, ac nō multo post hominem ad pristinam sanitatem reuerti.

P Hilippus Stroza & nobilitate gene
ris & opum affluentia inſignis len/
ta quadam febricula laborabat: & ex medi
cis/qui ægrum uiderant/alii quotidianam
ſed leuem/alii ob algorem contractam fe/
brem putabant: nec defuit qui crederet a
capite diſtillaſſe materiam: quæ putreſcen
tem febriculam gigneret. At nos cum eaꝫ
ipſam diligentiori examine perpenderem9/
peſtilentem iudicauimus: quam ſenten/
tiam deridentes medici/cum leuatam iam
febrem exiſtimarent (latebat enim anguis
in herba) familiari tantum medico curam
dimittunt. At æger/qui iam conualuiſ/
ſe uidebatur aduentante die ſeptimo/in
neruorum ſubito reſolutionem & febrem
incidit ardeſcentem: qua exhauſta uoce
& corporis uiribus conuulſis paucis etiaꝫ
diebus mors ſubſequuta eſt. Magna igi
tur eſſe debet medicorum circunſpectio in
cognoſcendis curandiſqꝫ morbis: ne inſci/
tia (ut ſæpe fit) atqꝫ indiligentia eorum
ægri ipſi/qui ſe ſe illis penitus tradunt atqꝫ
committunt/periclitentur.

Claudus ex loco eminentiori cadens libere recipit gressum. LV.

n Icolaus architectus cum de eminenti turri præceps ruisset, tantum abfuit ut ex tam ingenti casu incommodum aliquod reportarit, ut cum antea altero claudicaret pede, recte deinceps ambulauerit.

¶ Quin & puerum uidimus: qui pestilenti morbo correptus curatusq; idem malum effugerit. Nam ubi prius adeo utroq; pede claudicaret, ut nisi duobus fulcitus baculis omnino incedere non posset, curatus libere idest sine aliquo adminiculo incedebat:

Scorpione ictus glacie se opprimi querebatur. LVI.

f Amulum habui: qui scorpione ictus tanto subito ac tam frigido sudore toto corpore perfusus est, ut algentissima niue atq; glacie se se opprimi quereretur. Verum cum algenti illi solam thyriacam ex uino potentiori exhibuissē, illico curatus est.

c Vm uniuersam pene Italiam anno salutis nonagesimo sexto supra millesimum quadringentesimum tam ingēs ac ualida fames afflictaret, ut passim multi publicis in uiis atq; plateis deficerent: multi etiā ex malis ac noxiis nutrimentis in uarias inciderent ægritudines: Vidimus ex his q̄ plurimos, qui ex diutina fame escam abundātiorem nacti fuerant, dum pleniori utunt̄ uictu, paucis diebus uitam finisse: Adeo noxia atq; pernitiosa est nimia satietas: quam multa præcessit inedia. Mulieres quoq; uidimus: quæ pueris quos lactarent, infectis & se & illos ad mortem deducerent. Plurimi tamen ex his qui ad ualitudinariu; deducebantur, medicorum cura & diligentia ad pristinam reuertebantur sanitatem.

Mulier fere mortua ex sanguinis missione. LVIII.

m Vlierem uidimus: quæ cum pleniori & obeso esset corpore, & in ardescentem incidisset febrem, usa cuiusdam imperiti medici consilio, sanguinem ex uena copiosum emisit. Quo statim grauiter afflictata in multo deteriorem prolapsa est ua

litudinem. Nam ut in tenuioribus magis sanguis, ita & in plenioribꝰ magis caro abũdat. Nos igitur cum ad mulierem uocati, eam summo in discrimine positam inueniremus, alias omnino obseruationes adhibẽdas censuimus: eas uidelicet: ad quas dirigi curantis consilium debet. Quare defectã dudum uirtutẽ omni genere auxilii resumpsimus donec corporis uiribus redeuntibꝰ materiam, quam exuberare cognoueram, medicamento deponendam censeo: quod cuꝫ ex frigidioribus rebꝰ ægrotanti exhibuissẽ, illico extincta est febris: & mulier de cuius iam funere cogitabatur, per Dei gratiam rite curata conualuit.

Ex quartana male curata sanitas, Tum & mors subsequuta. LIX.

u Illicus meus annuam quartanam patiebatur: & consilio nescio cuius empirici faselum ex omphacino & allia usqꝫ ad satietatem deuorans, ad uiginti insup uini meri calices ebibit: quo adeo inflatus ẽ, ut e foco, prope quem cœnauerat, amoueri penitus non posset. Quare strato humi pallio quo induebatur, ibidem pernoctauit. Matutino autem aduentante tempore, diffusus per omnia membra sudor est: Quo

finito, uomitu quicquid comederat, reiecit: & cum eo pituitosa excrementa q̃ plurima: Quo factum ut & quartana quoq; qua integrum iam annum laborauerat, extrusa, ualitudinem sit consequutus: quã quidem rem ualidioris naturæ ui accœptã referendam arbitrati sumus: Nam amota iam cruditate: & humorum concoctione longiori spatio perfecta, Natura, quæ sua pigritia torpebat, ab ignauia & torpore propulsa contra morbum & causas uires excitat: Quibus tandem sudore ipso atq; uomitu & morbum & errorem disiecit. Quod profecto eadem febris comprobauit. Nam cum quattuor post annos hominem iterum inuasisset: & ille putaret eodem posse se auxilio febrem tollere, quo olim fecerat, statim hoc est inter morbi ipsius initia, dum scilicet cruda esset adhuc ipsa materia atq; incocta, pleniori ut tum uictu & potione abundantiori ex iisdem quibus supra rebus abusus, ante solis ortum eodem quo decubuerat loco mortuus inuentus est.

Molesta tussis sola sanguinis missione curata. LX.

m Olesta tussi afficiebatur puella quædã quintum & decimum agens annum:

Quæ tam & si per se grauis & formidabilis esset, eo tamen se se medico formidabiliorẽ reddebat, ꝙ una sæpius cum ea sanguinem expuerat puella. Quam ob rem cum medici ipsi, quibus cura demandata erat, & hanc paulatim tabe consumptuꝫ iri, & nullis se posse auxiliis huic malo succurrere uiderent, eam tandem Deo & Naturæ dimittunt. Verum pater (ut est amor) nequid oĩo intentatum relinqueret, me aduocat, puellã ostendit, & quæ hactenus facta sũt, plurimo sermone enarrat. At ego sputum primo colligi iubeo: quod ubi nulla pus subsequi, & sanguinem ipsum minime ẽt purulentum inspicerem, cœpi mecum cogitare quæ nam huius uitii causa esset: & an sanguis ipse ex ore uel ex gingiuis aut forte ex naribus efferretur: sed cum ex his locis absqꝫ ulla profluat tussi, aliunde eum emanare arbitratus sum. Quæro igitur si is ex gutture aut ex arteriis ulceratis uel ex pulmone potius, siue ex pectore, aut forte ex iocinore prorumperet, sed cuꝫ nulla essent certa inditia, puellam interrogo an menses illi profluant: (Solent enim fœminæ, q̃b9 sanguis per menstrua no n respondet, sæpe eum aut cum tussi expuere aut uomitione propellere): Sed negante illa, sanguinem mittendum censeo ex uenis: quæ sub talo

sunt : Idq; singulis mensibus faciendum : donec isto atq; item aliis auxiliis, quæ san/ guinem promouere consueuerunt, & men ses ipsi rite profluere cœperunt, & puella, quæ iam macie & tabe confecta uideretur, sex tantum mensium spatio uires & corpus resummens ad pristinam adiuuante Deo re uersa est sanitatem.

Difficultate spirandi mortuus. LXI.

m Vltos difficultate spirandi laborasse cognouimus : sed inter cæteros quen dam : qui non nisi recta ceruice spiritu; tra hens, paulatim ex angustia deficiente uirtu te toto corpore pallidus ac liuens efficieba/ tur : nullus tamen in pectore, nullus in præ cordiis dolor erat : sed nec sibilus aliquis ob angustias, per quas spiritus euadit perci piebatur : ex quo iudicare posses ægritudi/ nem in pectore concipi. Verum cum pau/ cos post dies inualescẽte morbo ipso & nul lis conferentibus præsidiis æger e uita mi/ grasset, incidere mortuum decernimus : ut huius mali abditas ac latentes causas depre henderemus. Quod ubi factum est, inue nimus non parum atræ bilis & sanguinis ni grioris in eius corde coisse : unde etiam per uenas diffusus non est mirun si corrumpẽ/

te eo spiritum ipsum, hominem ad festinã mortem deduxerit: quod etiam autore Galeno alias contigisse cognouimus.

Ex horrore flammæ in febrim incido. LXII.

i N Appiani Basilica, cum adhuc essem admodum iuuenis, una cum Peregrino Allio litteris Græcis operam dabam sub præceptore Francisco Castilionensi relligioso uiro. Vbi cum semel e cubili summo diluculo consurgens ædem ipsam ingrederer, uixq; limen transilissem, ecce uideo flãmas ab imo pauimento iterum atq; iterum sursum ferri: horresco, & pauens ac tremens cursim, ut poteram, cubile ipsum repeto. Me uero Peregrinus condiscipulus meus, q adhuc in lectulo quiescebat, cum anhelantem & ueluti lymphatum inspiceret, rogat quid nam mali mihi contigerit: uix ego trahebam spiritum: rẽ tamen ut potui explico: Admiratus & ipse timere cœpit. Sed cum interim præceptor noster e cubili surrexisset, hominem conuenimus: rem exponimus: causam quærimus. Ille uero, ut erat uir doctus & in philosophia satis eruditus, uapores inquit, ex cadaueribus mortuorum eleuantur: qui calidissimum hunc aerem nacti (id enim accidit in ipso mense Iulii) facile in-

flammantur: quod & nos etiam sæpius ui-
dimus: ac propterea nihil uobis pertimescē-
dum est. Hoc & si ego autoritate uiri suas⁹
uerum iudico: ex præcedenti nihilominus
timore, ex quo spiritus ipsi cateruatim uer-
sus cor regredientes inflammati sunt, in eā
quam Græci Ephimeram uocant, febrem in-
cidi.

Puer horrore mortuus. LXIII.

p Verum nouimus: qui dum rure pa-
terno degeret, singulisq; diebus ad ui-
cinum sacerdotē studendi causa, ut fit, sū-
mo mane mitteretur a patre, accidit semel,
ut prope iam intranti illi sacerdotis ipsius
ædes: essetq; cœlum paululum adhuc sub-
obscurum, præsto fuerint duo uiri nigris ue-
stibus obuoluti: quibus adeo perterritus ē
puer, ut toto corpore contremiscens altaq;
uoce auxilium clamitans in admirabilē sa-
ne ægritudinem, ac demum in mortem in-
ciderit. Nam stato tempore, idest octauo
quoq; die & eadem ferme hora in eundem
semper horrorem atq; clamorē proruebat.
donec tabe consumptus uitam, quæ nullis
præsidiis contineri potuit, miserabiliter fi-
niuit.

Tussi scissa est tunica intestinorum. LXIIII.

t VSSI ualida urgebatur puer sextum agens annum: Dumque uehementius tussiret, scissa est tunica: quæ diducere ab inferioribus partibus intestina debet: & in scrotum, Græci oscheon uocant, intestina deuoluta herniam fecerunt: qua & in hunc usque diem laborat. Tanta enim fuit scissura, ut nec coire hactenus ullis potuerit medicamentis: nec etiam in futurum nisi sola ustione coibit.

Ictus in cordis tunica conualuit. LXV.

e X nobili familia nati fratres duo, eadem etiam cohabitantes domo, atque eodem uictu uiuentes, dum inter cœuant, dum orta (ut fit) inter eos lite, alter alterum gladio, quo inmensa uteretur, in ipsius cordis sede percussisset, plurimusque ex uulnere sanguis efferretur, languescunt illico uenæ: pallet facies: sudor frigidus toto corpore manat: Arteriæ non eleuantur: omniaque demum mortis signa apparent. Verum ne nihil omnino agerem, iubeo hominem his rebus foueri, quibus cordis uires refici possint: cumque æger usque ad mediam noctem eodem se se habitu haberet: & de eius potius

funere q̃ de uita cogitaretur, cœpit paulatim spiritus reuerti. Quare sumpta spe curam prosequor: donec aliis atq; item aliis præsidiis usus, hominem tandem, Deo adiuuãte ad pristinam sanitatem reduco. Ex quo plane cognouimus non ictum cor, ut putabamus, sed eius tantum tunicam leuiter fuisse perstrictam.

Vitium stomachi curatum. LXVI.

iNter stomachi uitia uulgatissimnm ẽ resolutio: quæ uel calidiori, aut frigidiori, humidiori ue, uel etiam sicciori habitu plerunq; solet accidere. Nobilis q̃dam uir Iohannes nomine ciuis Neapolitanus, cum diu eiuscemodi uitio laborasset, & ex medicis nostri sæculi plurimi hominem curandum suscepissent, nullum tamen inuenire auxilium idoneum potuit. Quare cũ Florentiam demum ueniens me conuenisset, & quæ hactenus ex Medicorum consilio huic uitio adhibuisset, ordine enarrasset, ex his quibus usus est præsidiis facile cognouimus existimasse medicos omnes eum malo habitu frigido laborare. Nos uero & p̃cedenti curatione & aliis haud sane obscuris inditiis longe aliter sentiẽtes, calidiori habitu ei⁹ affici uẽtriculũ arbitrati sum⁹.

Quare ad ea auxilia cōuersi / quæ aridū iã ac tabe pene consumptū corpus desiderarē uidebantur / primo die solas lactuculas ex aceto & oleo commanducare præcipimus : quas cum utiles stomacho atq; idoneas per / cepisset / iubeo dimittat balneū / frictiones / exercitationes præsertim superiorū partiū / unctiones omnes & cibos calidiores : quib9 hactenus usus fuerat : & ad frigidos potius ac difficilioris concoctionis se se conuertat. Vnde & Veruecem magis q̃ auem aut uena / tionem uel piscem / nisi sit generis durioris in hac sua ægritudine conlaudo. Potui quoq; aptissimum illi uinum frigidū & au sterum / ineptissimum calidum & crassum esse pronuntio. Quibus cum ille auscul / tasset / ac diligētissime ea exequutus fuisset / hoc tantum genere uictus & frigidiorib9 me dicamentis usus infra duos menses pristinā recuperauit sanitatem.

Melicera pro carbunculo iudicata. LXVII.

u Lcere subalbido furunculo simile / quod Græci eo q; faui speciem habeat meliceram uocant / uir qdā nomine Paul9 laborabat. Id aūt cum febrem & inflamma tionem ingentē excitasset / medicum quidē / sed qui p imperitiam ulceris ipsi9 naturam minime calleret / accersit. Eo aūt iudicāte ul

cus ipsũ pestilẽs esse (uenit. n. cũ dolore ue hemẽti habensq; foramina, ꝑ quæ fertur hu mor glutinos⁹ uix maturescit) simul oms cũ consulẽte medico aufugiũt, uni tm̃ uiro ægri curã cõmendantes. Quo factũ, ut de speratis pene reb⁹ ad me mitteret, rogaretq; aliqd̃ pereunti illi auxiliũ ferrem: Sciscitor itaq; nuntiũ ulceris naturã: & an increscat ægritudo uel deficiat uirt⁹, aut forte eo lo co pestilẽtes sint febres? Refert̃ ulcus nõ ni grũ, non lucẽs, non pallidũ esse: febrẽ lentã & pene leuatã: sana omnia in regione illa: Accedo igitur ad hominẽ: cũq; cõtra hilari uultu resedissem facieẽ, primo oculosq; sa no similes intueor. Tũ arteriã tangens, ple niorẽ quoq; reperio. Quare sanitatem pol licitus ulcus detego: & omni sublato timo re familiam reuocans curã aggredior: quæ licet difficilis admodum fuerit, ad integrã tamen sanitatem æger ille per Dei gratiam reuersus est.

Incis⁹ coles sanari nequiuit. LXVIII.

m Edium sibi colem lino & quidẽ arcte deligauerat puer insciis parentibus: eoq; tam diu uinctus fuit, donec plagæ al titudo ad iter urinæ ascenderet duobus lo cis: quibus & ꝙ urina ipsa inde mittere tur, & ꝙ utrinq; oræ obcalluerint, coire

ulcus atq; cõglutinari nullis unq̃ remediis potuit: ¶ Monachum etiam iisdem ferme temporibus uidimus atq; curauimus: q ob zelum castitatis sed indiscretũ tñ ac minime secundũ Dei rationabile obsequiũ colem sibi & quidẽ pubetenus prorsus absciderat: ex quo cũ sanguis copiosus effflueret, ac propterea medicamenta omnia uinceret & exuperaret, arduum sane ac laboriosum fuit eiusmodi ꝓfluuiũ sistere atq; inhibere. Oportuit. n. singulas uenas, quæ sanguinẽ fundebant apprehendere: atq; ita deligare, ut ora præclusa coirẽt. Quo facto reliquũ curæ genus haud admodum difficile fuit: donec uulnus rite curatũ penit⁹ sanesceret.

Qui ex nimia plenitudine mori uideretur, sosa sanguinis missione sanat̃. LXIX.

P Lurimum in morbis iudicandis tribuunt uenaꝶ pulsi: qui si imbecilli exiguiq; fuerint, mortem plerunq; denuntiant: sin cõtra magni & pleniores, salutis spem afferunt. Nos tñ Philippum quẽdaʒ uidimus, hominem sane ebriosuʒ & corpulentum: cuius pulsus, duʒ lãguens in lecto iaceret, ita paruus & exilis erat, ut cuʒ a medico percipi uix posset, facile crederes mortem instare: ni facies rubicundior: oculi,

dentes & uenæ pleniores iudicio prudentis medici obstitissent. Quare tanti mali causam diligentius perquirens, iudico id ob nimiam saturitatem sanguinisq; abundantiã fieri: nullumq; oportunius adhiberi posse auxilium q̃ sanguinis ipsius celerrimã missionem. Sed obstabant cognati atq; amici, uerentes ne huiuscemodi præsidium hominẽ celerius occideret. Instanti tñ mihi ac certam, si id fieri permitterent, salutem pollicenti, tandem acquieuerunt. Quare accersito statim ministro sanguis mittitur. Nec mora pulsus simul & uires tam celeriter redeunt, ut festinantior affuerit ipsa sanitas q̃ mors, quæ pro foribus excubare uisa est, affutura crederetur.

Abscessus sola thyriaca apertus. LXX.

p Verulus thoracis abscessu laborabat: & cum condita & matura iam suppuratio esset, timeretq; ille ulcus mucrone discindi thyriacam superpono: qua non sec9 unius tantum noctis spatio abscessus ipse apertus est, ac si scalpello fuisset incisus: ex quo facile coniectari potest quanta sit hui9 compositi uis: quod & nos sæpe alias experti sumus.

Cancrenam mortem afferre si a digito pedis incœperit. LXXI.

q Vi ulcere nigro, quod cancrenã Græci appellant, afficiuntur, si id a digito pedis incœperit, & patiens fuerit senex, uel ex his, quoru3 corpus mali habitus sit, celerius moriuntur. Nouimus nos Cambinum, Carolum & Thomam ciues Florentinos, nec non & alios q̃ plurimos huiusce, modi affectos uitio paucis diebus uitam finisse. Incipit enim caro ipsa in ulcere paulatim nigrescere uel liuens fieri: Quin & arida interim atq3 sicca: & cutis circum iacens nigris impletur pustulis: tum & quæ proxima est, amisso sensu liuet palletq3. Nec prius serpere id malum desinit, donec ossa etiam inficiat: quod si quicquid aridũ est & proximum quoq3 locum, uel usq3 ad sanum prorsus excideris, reuertitur tamen & serpit. Verum cum aliæ corporis partes hoc malo afficiuntur, plerunq3 sanantur. In illiusmodi autem membris & calor ẽ debilis & nerui insunt plurimi: qui cum inficiuntur, facile ẽt circuniacẽtia loca inurũt. Vnde & proxima his statim liuent: donec totum membrum miserabiliter occupant atq3 inficiunt.

Ex carcinomate exagitato mors ſub
ſequuta. LXXII.

u Enit ad me Philippus quidaꝫ textor/
cui in leua frontis parte tumor erat
immobilis inæqualiſqꝫ ac furunculo perſi/
milis: q etiam tangenti renitebatur. Et ue
næ/ quæ circa locum erant/ pallidæ quod
admodo ac liuore quodaꝫ ſuffuſæ ultra de
coꝝ intumuerant. Cumqꝫ noſtrum de hac
re perquiſiſſet iudicium/ conſulo ne id ma
lum quo quo modo tollere præſumat: ſed
leuioribus tantum medicamentis illi blan/
diatur. Diſceſſit: & cum in manus impiti
cuiuſdam medici incidiſſet/ tota iam intra
menſem fronte & altero oculo eroſo ad me
reuertitur. Sciſcitanſqꝫ an aliqua ſalutis ſu
perſit ſpes/ utinam/ inquit/ conſulenti ti
bi fidem habuiſſem'. Moneo igitur iterum
hominem/ ne ullis præterea utatur medica
mentis præter q̃ blandis ac leuioribus.
Quod ſi aſperis & erodentibus uteretur/ fo
re ut breui reliquum etiam ipſius faciei ero
deretur. Audiuit tandem homo: & cum
his tantum/ quæ nos illi ſecundum hanc in
tentionem parauimus/ medicamentis ſemꝑ
uſus fuiſſet/ ut ad decimum uſqꝫ annuꝫ ſu
peruixit/ ita certe ſi id malum ex conſilio
noſtro nunq̃ agitaſſet/ ad ultimum ſenec
tutis perueniſſet.

r Amice uexabatur Michelotius noster. Cumque sacerdoti cuidam, qui hanc artem profiteretur, se se curandum tradidisset, duplici statim ille fascia inguen deuinxit, non repulso in superiores partes intestino. Dumque membrum ipsum ita ut erat arctius obligatum in octauum usque diem detinuisset: essetque interim ingens exorta inflammatio: quæ hominem ea parte, qua fascia deligabatur, miserabiliter cruciaret, repente omnis amotus est dolor: & ipse delirare cœpit. Quare cum ad ægrum sero quidem, sed tamen uocatus accederem: primo arteriam tango: Cumque pulsum uix eleuari perciperem, & faciem inspectans, eam nimio pallore suffusam atque ipsos etiam oculos canos effectos aduerterem, iubeo sacerdotem accersant: tum fascia illa soluta locum undique nigrescentem cerno: cumque specillum ulceri imponerem, omnia circuniacentia intestina iam putruisse cognosco. Ex quo paucis dein horis e uita discedens, utile nobis documentum sua morte reliquit, languentium scilicet corpora non sacerdotibus, quibus tantum animarum cura demandata est, sed doctioribus medicis tradi oportere.

Puella oculo perforato uisum recu
perauit: LXXIIII.

q Vattuor annos natam puellam uidi-
mus: cui dum ea nodum in panno
soluere acuto gladio niteretur, resiliens mu
cro oculum dextrum percussit: quo perfo
rata ipsius oculi tunica plurimus statim in
defluxit humor: quare & si uisum prorsus
amiserit, ipsum tamen haud multo post ri
te curata recœpit. Tanta enim inest uis te-
nellæ illi ætati, ut hunc ipsum oculi humo
rem (quod sæpe accidit) in integrum resti-
cere possit.

Iocinoris uitio laborans sola sanguinis
missione sanatur. LXXV.

i Ocinoris uitio afficiebatur Antonius
Brunellescus: ex quo cum uehemens
dolor a latere dextro in iugulū humerūq;
transmitteretur, & bilem quoq; euomen-
tem ægrum singultus etiam pene strangula
ret, ad hominem uocatus accedo. Verum
cum huiuscemodi uitii notæ eædem fere
sint, quæ & lateris abscessum indicant, me
dicus cui primum ægri cura demandata fue
rat, medicamentis & cataplasmatis eius pec
tori medebatur. Sed cum dolor & angu-

stiæ magis magisq; hominem afflictarent, iubeo sanguinem ex uena, quæ ad iecur dirigitur, statiz deduci: & quæ ille insuper pectori adhibuerat medicamenta, iocinori ipsi impono: donec æger ad sanitatem reuertitur: quod paucis diebus factum est. Oportet igitur medicum non solum morbuz cognoscere, sed & locum etiam in quo fit, diligentius perscrutari.

Scisso intestino graciliori uita amittitur. LXXVI.

t Enuioris intestini morbo, quem Græci Ileon uocant, urgeri commune ē: sed urgeri, ut sic uitam tollat, inauditu3. Corpulenta quædam mulier, cum modo supra, modo infra umbilicum intolerabili premeretur dolore: nec ullus hinc inde spiritus erumperet, adeo agitata est, ut scisso tandem intestino uitam finierit: Quod nisi incisa mortua pluribus innotuisset, nescio an citra mendacii suspitione3 a me scribi potuisset. ¶ Sed & rusticum nouim⁹: qui cum post longiores tortiones, & uentris diuturnas inflammationes die3 obisset, & mortui incideretur corpus, longior in intestino fixura inuenta est: ex qua etiam recentes uuas, quas paulo ante comederat, prorupisse conspeximus.

Vermis ex pectore propulsus. LXXVII.

l Aborabat Antonius Siculus molesta quadam tussicula: & cum diu nihil conferentibus auxiliis hoc malum tolerasset, ad nos tandem uenit: rem exponit: consilium quærit. Nos uero & quia morbus diutius inueterasset, & quia multos expertus medicos, nihil omnino profecisset, putabamus hoc uitium ægre elidi posse. Veru3 nequid intentatum relinqueretur, marrubii succum ex melle ægrum deuorare iussimus singulis diebus: tum & interiectis temporibus scyllam lambere: donec uermis ex eius pectore una cum tussi propuls9 hominem sanitati restituit.

Calculus ui sua decisus. LXXVIII.

n Icolaus Rusticus calculo uexabatur figura, ut postea conspexim9, lõgiore: Hic cum ab ima parte acutior & asperior esset, uessicam ipsam incidit: tum & testiculorum tunica perfracta post multos ac pene intolerabiles dolores, tandem in conspectu3 uenit: quo haud magna postmodu3 difficultate deducto, cũ multi homine3 moriturum, & quide3 recte iudicarẽt (neque enim uessica cũ incisa fuerit, præsertim inferiori parte, cohæret) ille

tamen præter omnium opinionem conua/
luit : hoc solum ex tanto malo homini in
commodo relicto / q inde semper quo ad/
uixit urinam reddidit.

Os fœminis erosum. LXXIX.

u Rgebatur Rogerii Corbinelli filia in
ilibus dextris dolore fere perpetuo.
Quare multis diuerso tempore uocatis me
dicis / cum unusquisq; pro ingenio suo (di
uersi enim diuersa sentiebant) puellam cu
rassent / & præsidia nihil omnino profecis/
sent / e medio tandem sublata est. Quare
consilium fuit incidere corpus mortuæ : &
inuentum est os fœminis erosum / maxi/
mamq; ossis partem in puluerem redacta;.
Nec non & circa matricis os quattuor quasi
lutei tuberculi instar pilæ : quorum tres
aqua opplebantur : quartus paululum præ
cæteris eleuabatur undiq; dentatus & super
ficie inæqualis atq; durior : ut pote qui ex
carne atraq; bile genitus esset. Non igitur
admodum mirandum est / si in eiusmodi
morbis / quorum causæ incertæ abditæq;
sunt / diuersi medici diuersa sentiant & lo/
quantur. Nam & Antonii Iacceti filium
nouimus : qui cum ingenti coxarum dolo
re uexatus in maxima; primum debilitatē/

tum & in morteȝ nihil iuuantibus medicis nihilq̃ȝ conferentibus præsidiis deueniſſet, inciſo corpore inuentus eſt peſtifer humor in coxa: quo magna pars oſſis eroſa etiam in cinerem uerſa uidebatur.

Calculo euulſo ſanata eſt mulier. LXXX.

c Alculum non in uiris tantum ſed ēt in fœminis concreſcere certum eſt. Monialis quædam xii. iam die urinam non reddebat: propterea q̃ ipſius urinæ iter calculo obſtrueretur: quo etiam materia multa confluxerat. Quare cum neq̃ȝ ænea fuſtula neq̃ȝ medicamentis aliis uinci hoc malum poſſet, inſolitum alioquin ſed tamen oportunum conſilium capiens, uncum calculo iniicio: ne ſcilicet concuſſus iterum in ueſſicam reuolueretur. Tum ferramento priori parte retuſo calculum ipſum percutio: donec ſæpius ictus in fruſtra comminuit̄: & tunc omni qua potui diligētia nequid intus omnino læderetur, uncum ipſum pariter ac ferramentum reduco: ex quo ſimul urina atq̃ȝ calculis remiſſis ſtatim ſanata eſt mulier.

Ex ſolo uento mors ſubſequuta. LXXXI.

l Odouicum Nicolinuȝ generoſi eq̄tis Othonis filium uidimus: qui cum ſo

lo uento uiscera & stomachum impetente adeo in monoculo afflictaretur, ut duꝫ pars parte premitur exitu hinc inde negato, non solum uiscera sed pectus sed scapulæ ēt in, credibili extenderentur dolore: & spiritus magna ac miserabilis fieret angustia. Ter, tio deniq; die nihil conferentibus auxiliis e uita migrauit. Inciso autem eius cadauere & uiscera omnia uento plena conspeximus, & in sinistro cordis uentriculo obduratum callum inuenimus: qui nucis magnitudinē æquaret. Quare ut illū hoc est uentuꝫ mor tis ipsius, ita hunc scilicet callum aduersæ hominis ualitudinis causam fuisse arbitrati sumus.

Brachium ab humero diductum. LXXXII.

c Ohærere interdum membra exulcerata uel ꝓtinus in utero, aut etiam ustione consueuerunt. Nos autem puellam uidimus & curauimus: cuius totum brachiū feruentissimæ aquæ effusione humero cohæserat. Cumq; nemo ex prudentioribus medicis inueniretur, qui puellam curare au, deret: (periculum enim erat, ne dum membra ipsa scalpello discernerentur, neruus incideretur, & sanguis immodicus proflue

ret) ego solus ut eraꝫ iuuenis hanc curam ag
gressus, paulatim cicatricem ipsam scalpel
lo discindo: sanguinem supprimens: do,
nec ad cubiti iuncturam, ubi neruus est, de
uenio: tum separatim utrunqꝫ molliori em
plastro circundo: & quoniam extendere
brachium non poterat, iubeo ut grauiori
pondere sumpto, manu id perferat: donec
paulatim extendatur. Quod cuꝫ ipsa diu,
turnioris temporis spatio obseruasset, ad
pristinum tandem statum reuersum est bra
chium ipsum, sola gratia & munere illius,
qui est benedictus in sæcula.

Cor pilis refertum. LXXXIII:

i Acobus latro e patibulo, quo suspen
sus fuerat, ueluti iam mortuus: sed
qui tamen adhuc uiueret, depositus atqꝫ cu
ratus conualuit. Verum, ut erat homo in
genio malo pr: uoqꝫ, ad eadem statim scele
ra reuolutus, quibus antea extremum pro
meruerat supplicium, iterum capitur atqꝫ
suspenditur. Quare hominis admirati ne
quitiam, mortui cadauer incidendum cura
uimus: & inuentum est cor eius ob exi,
miam caliditatem undiqꝫ pilis refertum.
Hoc idem inuentum est in corde Aristo,
menis Græci: qui solus perhibetur inte,

gras acies pugnando in fugam uertisse.
Est ergo non tantum scelesti ingenii signuȝ: sed quandoqȝ etiam raræ fortitudinis.

Ex stata febre uita sublata. LXXXIIII.

i Ohannes architectus singulis annis stato die, hoc est quo natus fuerat, febre implicabatur: quæ ex putrescenti bile genita suum circuitum seruans quartum & decimum nō transgrediebatur diem. Donec senio confectus & eadem ex more complicitus febre natali suo die ui morbi prostratus naturæ concessit.

Multitudo uermium eiecta. LXXXV.

l Aurentii lanii filium uidimus: qui septimum agens annum, triduo ex nimia lubricorum ui fere mortuꝰ iacuit, solo potu ex gramine, aceto & saccharo uiuēs. Quarto autem die cum medicamento ex aloe, myrrha & croco ei propinaretur, duo de quinquaginta supra centuȝ uermibus aluo depositis statim conualuit.

Recremēta ex naturalibꝰ deiecta. LXXXVI

p Vellā quoqȝ uidimus: quæ clauso ani meatu nata, octauo quoqȝ die recremē

ta ex naturalibus deiiciebat. Cumq; hoc implicita malo usq; ad sextum decimum annum uitam duxisset, ui tandem morbi, quod Strophon Græci uocant: (id autem fit cum intestina circa umbilicum torquentur) miserabili cruciatu deiecta e medio sublata est.

Vermes eiecti. LXXXVII.

IN Auinionis balneis, quæ sunt in agro Senensi, mulierem uidimus: quæ continuis septem diebus aqua epota q̃ plurimos tandem ex iis, quos medici propterea q cucurbitæ semina imitantur, cucurbitinos uocant, uermes eiecit. Qui ita inter se se, dum scilicet alter alteri mordicus inhærerent, iungebantur, ut cum sua ipsi serie quattuor cubitorum longitudinem excederent, unum tamen corpus, unu; dũtaxat uermem putares.

Frustulum carnis eiectum. LXXXVIII.

ILlud etiam memoria dignum uidet. Mulier præfocata cum ab omnibus pro mortua haberetur, & de eius potius funere q̃ de uita cogitarent assistentes. Paulati;

quasi grauiori somno excitata in molestis/
simam incidit tussim: qua cum diu agitata
esset/ durioris tandem carnis frustulum eie
cit: & sanata est. ¶ Sed & Iulianus medi
cæ artis professus/ dum grauiter ægrotaret:
& aduenienti medico dolorem/ quo circa
uentriculum miserabiliter cruciabatur/ ex
poneret/ tangente illo (ut fit) ac manibus
locum pertractante erupit in uomitu3: quo
& ipse frustum carnis ad paruæ pilæ magni
tudinem/ in quo uermis non secus ac bru/
cus in siliqua recludebatur/ eiectans/ ad pri
stinam statim reuersus est ualitudinem.

Quæ in inciso mortuo notatu digna
inuenta sunt. LXXXVIIII.

n On uidentur silentio esse prætereun/
da/ quæ nuper in inciso Iacobi cuius/
dam furis insignis cadauere adnotauimus:
bifurcatam scilicet uenam: quæ a liene ad
uentriculum atram defert bilem: tum & ab
scessum in sinistro cordis uentre pituita re/
dundantem: Postremo & posteriorem eius
capitis partem/ ubi memoriæ sedes est/ adeo
breuem/ ut tantillam cerebri portiunculā
contineret. Quam ob causam cum priorῦ
scelerum/ & eorum/ quæ pro his sæpe pas
sus fuerat tormenta scilicet/ exilia & carce/

res minime recordaretur, totiens ad uomi-
tum tanq̃ canis impudens reuersus est, ut
in laqueum tandem inciderit uitæq; ac furti
finem fecerit.

Vrina ex alienis locis emanans. .XC.

c Ontrahitur etiam ex matris utero cir
ca naturalia uitium: ut obstructio
meatus: ex quo fluere urina solet. Vidim9
enim & nos puerum quendam, atq; puel-
lam nobilem hoc uitio laborantes: quoru3
alter cu3 adeo meatus ipse clausus obstruc-
tusq; esset, ut meiere inde non posset, ex an
gusto admodum foramine: quod paulum
infra glandem urinam ipsa ui sua effecerat,
emingebat: sed non abq; ingenti eiulatu &
genitalis membri tumore. Altera uero ex
loco: qui est infra pectinem paululum su
pra uuluam urinam reddebat, nullis inte-
rim apparentibus signis atq; inditiis, unde
ipsa naturaliter efferri debuerit. Hanc au
tem nos, cum parentum rogatu curare ten
tauerimus, & nullum huic malo idoneum
inueniretur præsidium, ita ut erat incurata
ad ultimum suæ uitæ terminum perman-
sit.

Ex noxa illata neruis uox deperdita. XCI.

r Vsticus quidam cum decliuiori capitis prora percussus recidisset, & alterã capitis ipsius partem oppositam ad terram, ut par fuit, elideret, surrexit quidem sed mutus: Id autem siue ex repercussione neruorum, qui regrediũtur ex pectore: siue ex defluenti materia: quæ neruos illos oppleuerit, tam incertum q̃ certissimum ex hoc communicatam noxam neruis ipsis, qui uocem effingunt. Nam & Galenus facile medicorum princeps, in libro, quem de interioribus scribit, affirmat fuisse hominem: qui dum glãdula illi abscinderetur in collo, & scalpellum neruos ipsos, quibus uox effingitur, incideret, illico factus est mutus.

Lumbricis uexatus puer quiescere non poterat. LXXXXII.

p Verum uidimus & curauimus: qui cum nullo modo quiescere posset: sed ita semper hinc inde temerario quodam impetu & inordinato motu ferretur, ut etiam stare uolens iterum titubaret & cade

ret, Quæsitum est a medicis quæ nam esset abdita causa huius mali: quod illi distentionem cum saltu putabant. Sed cum nullam prorsus aliam inuenirent q̃ timorem, in quem paucis ante diebus puer ipse nescio quam ob rem incidisse dicebatur, idoneis secundum hanc rationem medicamẽtis puerum curare cœperunt: quæ cum nihil omnino proficerent, & in nostras tandem deuenisset manus, deprehensa statim morbi causa, quam solos lumbricos esse persensimus, usq; adeo ad hoc malum propulsandum facilem & expeditum aditum habuimus, ut hac sola intentione curatus puer ad pristinam breui regressus sit ualitudinem.

Mulier ex lapsu urinam continere non poterat. LXXXXIII.

u Enit ad me mulier quædam, quæ urinam continere non poterat: Cumq; aliquod a nobis præsidium plurimis iaʒ defatigatis medicis exposceret, interrogo an aliquam huius mali causam teneat? Negante illa, iterum quæro ceciderit ne, ex quo forte ani sedes elisa fuerit: cumq; & ipsa fateretur olim se de ficu prolapsam ultimã

ſpinæ uertebram elidiſſe, nullo tamen inde ſenſibili percepto nocumento: & nos non fugeret oriri ex ea ipſa uertebra neruũ: qui conſtringendi ueſſicam uim habet, huius ſtatim ægritudinis cauſam deprehendimus. Attrito enim ex eius lapſu neruo ipſo, conſequens fuit ut relaxata ueſſica urinam continere non poſſet: quod & ſæpe alias ex eadem cauſa accidiſſe cognouimus. Hoc igitur nos malo idoneis eliſo præſidiis mulierem ipſam per Dei gratiam priſtinæ ſanitati reddidimus.

Calculus in tunica fellis. LXXXXIIII.

d Eceſſit his diebus mulier nobilis Diamantes nomine dolore proſtrata calculi: ſed cum nullum antea ex eo percepiſſet nocumentum, uiſum eſt medicis mortuæ cadauer incidere: & reperti ſunt lapides q̃ plurimi, non quidem ullus in ueſſica, ut putabatur: ſed præter unum, qui in tunica fellis coloris atri & magnitudine caſtaneæ aridæ continebatur, cæteri omnes in panniculo, quo, contegitur epar: unde etiam ueluti in folliculo dependuli ſacculum eſſecerant. Hanc autem nos mortis cauſam rati, ſapientis uiri conſilium eſſe duximus, nihil omnino de incertis & occultis morbis ſtatuere.

Ex præcedentibus torminibus erosi uilli: quibus uis retinendi fulcitur. XCV.

i Nteſtinorum tormina: quod Græci Dyſenterion uocant, exulcerare inteſtina intus conſueuerunt: indeq; deſcendunt cruenta & muccoſa excrementa: Cũq; id malum diutius inueteraſcit, aut hominem tollit: aut (quod forſitan deterius eſt) nuſq̃ saneſcit. Nam & nos Iulianum quendam nouimus: qui cum poſt quadraginta dies, quibus hoc morbo uexatus eſt, ſublatis iam doloribus ac deiiciendi cupiditate, eius aluus impendio liquidior permanſiſſet: & ſæpius q̃ par fuerat ferretur, nullis unq̃ auxiliis curari potuit, q̄n ſemper quoad uixit, & impetum uentris cohibere nequiret: & ubicunq; deiiciendi cupiditas hominem urgeret, ibidem excrementa deponeret: eroſis ſcilicet ex præcedentibus torminibus atq; conſumptis uillis: quibus uis ipſa retinendi fulcitur.

Ex iiſdem torminibus eroſa uiſcera. XCVI.

u Idimus & alium natione Arretinum: qui cũ is itẽ torminibus diuti9 uexat9

fuisset, ex iisdem denique in erodentia ipsorum intestinorum ulcera, tum in tabem postremo in mortem incidens, erosa intus uiscera ostendebat: e quibus dum ita affectus superuixit, ut triennium non excesserit, continuo sanies effundebatur.

Morbus comitialis. XCVII.

e T si notissimus inter cæteros morbos esse soleat, qui comitialis nominatur, ignotus tamen apud multos plerunque est: ut quem nuper in puella uidimus Arretina. Quæ cum huiusmodi inuaderetur morbo, minime (ut assolet) concidebat: minimeque ex eius ore ferebatur spuma. Sed stans caput tantum hinc inde, ac siquid inspicere uellet, tota cum ceruice mouebat, nihil interim loquens, nihil audiens, nihil sentiens: Cumque iterum ad se reuerteretur, interrogata quid egisset, penitus ignorabat. Causam autem perquirentibus nobis cur puella cum comitiali afficeretur, morbo non concideret, uisum est ex hoc contingere, quod contractio & tensio ad cerebrum non ferretur, cum solus uapor sursum ascenderet. Ex quo nullo rigore cerebrum ipsum intentum ab inordinatis

motibus reliqua membra præseruare pote/rat. Quod autem puella ipsa hoc morbo laborasset, & medici omnes quicunque eam uiderant, affirmabãt, & rei euentus facile comprobauit: cum prorumpentibus mẽstruis hoc malum euaserit; Nam ut quandoque in pueris Venus, ita in puellis menstruorum initium huiusmodi morbũ tollere solet.

Elefantia. XCVIII.

LOngis morbis annumeratur is, quem elefantiam Græci uocant: qui in Italia pene nunq̃ uisus a medicis, uix dignoscitur. Peregrinum quendam uidimus in grabattulo iacentem: cuius summa corporis parte maculis quibusdam ad atrum colorem uergentibus inficiebatur, & cutis inæqualiter aspera crassaque, & ueluti squamis fœda ac liuens diuersis etiam locis mollis ac dura ostendebatur: quin & ossibus ipsis ut uidebatur iam uitiatis & uniuerso corpore macie ac tabe confecto, ita suræ ipsius os, pedes & manus intumuerant, ut utriusque partis digiti sub tumore ipso conderentur. Quare cum ad hæc mala etiam febricula quædam adderetur, quæ hominem absumeret, unius tantum mensis spatio e uita

migrauit ad Dominum. Parcat igitur Auicenna: qui elephantiam tumorem pedum dixit. Cum hæc non solum pedes, sed uniuersum corpus afficiat: & species lepræ sit: quæ apud nostros nondum uisa, apud Paulum probe descripta notatur.

Ex calidiori materia caput in petente furit ac moritur puella. XCVIIII.

i Nsaniæ tria sunt genera, & acutum quodlibet: unum, cum in accessione febris aut in suo uigore desipit æger, & aliena loquitur: sed tamen leuata febre statim resipit. Alterum, quod Græci phrenesim uocant: cui semper dementia comes est. Nã licet inter morbi initia resipere interdũ uideatur æger: eius tamen mens quibusdã semper imaginibus agitatur. Tertium uero genus est lœtale magis ac pestiferum: cũ scilicet æger ipse non solum perpetuo desipit, sed & quæcunq; agit: impetu quodam & uiolento motu operatur. In huius autem generis lœtalem insaniam cum nobilissimi cuiusdam uiri filia prolapsa male ageretur, & nos ad eam intempesta nocte uocati accederemus, adeo furentem puel

lam inuenimus : ut dum hinc inde se se uiolento quodam impetu iactaret / quic/ quid interim obuium habebat / dentibus arriperet / frangeret / laniaret. Ex quo pro prios capillos / brachia & manus / & siquid præterea aliud arripere poterat / ita mordi cus nullo habito discrimine suum ne an alienum esset / apprehendebat / ut nisi scis/ sum ac prorsus laceratum ex eius denti/ bus eripi non posset : adeo ut uinciri puel/ lam oportuerit / ne sibi aut alteri noceret. Verum cum paucis post horis furor ille re mitti cœpisset / in sõnum incidit grauio/ rem : quo / tam & si nostris præsidiis / stu/ dio & diligentiæ ægre cederet : uix tandem excusso ab insania quoq; puellam ipsam liberauimus. Sed ut est ingenium mulie rum / præsertim nobilium / cum sanitate adepta nihil eorum quæ pro tuenda firmã/ daq; ualitudine iniuncta fuerant / obser/ uasset / & sua uiueret libertate / post inte/ grum mensem / quo pristina usa est uali tudine / in eundem incidit morbum : a quo cum nullis unquam auxiliis potue/ rit / a medicis liberari / unius tantum diei spatio e medio sublata est. Siquis autem huius morbi causam quærat / nos / quan/ tum coniectare licuit / materiam credimus fuisse calidiorem : Sed paucam tamen :

quæ cum caput peteret, suo & incen-
dio & mobilitate puellam furentem redde-
ret. Et quoniam caput ipsum frigidiori ma-
teria oppletum fuerat, hanc quoq; cum &
ipsa ut creditur, & par fuit exagitata fuis-
set, priori illa materia extincta ac resoluta
ipsum deniq; profundiorem sonnu; puel-
læ fecisse putamus.

Vermis e nare proiectus: C.

s Olet interdu; acutus & pestifer dolor
in capite excitari: quem Græci cepha-
lalgian uocant: sed talẽ, quo caligent ocu-
li, alienetur mens, citetur uomitus, sup-
primatur uox, frigescat corpus, & ipsa de-
niq; deficiat anima, rarum est uidere. Nam
& nos amicum habuimus Philippum nomi-
ne: qui cum his omnibus ageretur malis,
& aduentante die septimo mors ipsa nullis
conferentibus auxiliis iam iam adesse uide-
retur, ui tandem robustioris naturæ uermẽ
e dextra nare palmo longiorem eiecit: quo
propulso omnis statim cum eo amotus est
langor.

c Vm imperitus quidam medicus cui/daꝫ mulierculæ ex gena dextra tuberculum foruncolo simile scalpello abscidisset nulla habita ratione neruorum ac uenularum: quibus illud/cum semioui magnitudinem expleret/alligabatur/illico subsequuta est inflammatio ac dolor: ex quo simul infœlix mulier in euꝫ incidit morbũ: quem Græci Cynicum spasmum uocant: quo dum misellæ illi temerario quodã motu peruertitur os & facies modo in dexteriorem/modo in sinisteriorem partem distenditur: ac totum deniqꝫ corpus pallore quodam suffunditur/adeo afflictatur mulier/ut cum neqꝫ sanguinis missione/neqꝫ alui ductu/neqꝫ unctionib9 ullis/neqꝫ alio quouis genere auxilii hoc malum inhiberi posset/infra paucos admodum dies/e uita migrauerit/hoc nobis suo ipsius infortunio documentum relinquens: ut cum scilicet oportuerit non passim nos omnibus/q sibi chirurgici nomen usurpant/sed his tantuꝫ qui doctrina simul/usu & iudicio præualent/credamus.

P Ost graues diuturnosq; labores, quib9 per ingentia frigora turbido & pluuio cœlo, perq; flagrãtissimos æstus diu noctuq; perequitans se se fatigarat Antonius Collẽsis in difficiliorem tandem incidit ægritudinem: qua statim ut corripiebatur, (quod sæpe homini contigebat) amissa illico memoria sensuq;, eodem, quo erat dum ab ea inuaderetur habitu perseuerabat, patentib9 etiã & in conniuis oculis: Si enim inter ambulandum hoc illi contigebat malum, ambulabat: si inter quiescendum, quiescebat: sin uero inter aliud quoduis agendum, tantisper ipsum agebat. Nihil interim audiẽs, nihil loquens, nihil cognoscens: donec cedente morbo ad se regrederetur: & tunc ẽt nihil eorum, quæ egisset, reminiscebatur. Ex medicis autem, qui hominem uiderint, aliis uirtutem, quæ discernit & unit coniungitq;, læsam esse iudicantibus, eiusq; noxam cæteris uentriculis iunctum iri uolentibus, adeo ut memoria ex hoc & cõmunis sensus intrinsecus paterentur, aliis aliter & quidem argutius & morbum & causam explicare conantibus, nos hominem gelatum dicebamus. Cum huius morbi notæ, quæ per se satis eruditioribus eas uestigare uolen

tibus / manifestæ sunt / eiusmodi detegerēt ægritudinem. Fit autem id malum ex ni/griori bile postremum uentrem cerebri im/petenti: quæ statim memoriam tollens / sua etiam siccitate cæteros uentres contrahit: quibus clausis tollitur pariter sensus & motus: & quoniam frigidior est / hominem gelat: quibus uero medicamentis ad hūc morbum profligandum usi sumus / propterea q̄ eius cura notissima est / intexere superfluū iudicauimus.

Tensio neruorum ceruicis. C III.

g Rauioribus morbis obnoxia ceruix est: Sed inter cæteros importunior acutiorq́; / qui rigore quodam neruorū erec/tam ægri ceruicem intendens / eum sæpe uel intra quartam diem interimit. Quo mor/bo cum Parmensis quidam Franciscus noīe grauiter urgeretur / & nos ad eum uocati / hominem robustioris naturæ / & qui turgē/tibus uenis faciem etiam atq́; oculos rubicū/diores haberet / inspiceremus / sanguinē sta/tim ex ea uena / quam cephalicam Græci uo/cant / mitti iubeo. Tum parciori uictu hoc est sola aqua ex melle hominem cibans hyr/cino atq́; caprino oleo detonsū madefacio caput: supq́; imposito pileo aluū ēt his me/dicamētis duco: q̄bus a capite ip̄o ac cæteris

superioribus partibus deduci resoluiq; pos sit humor: qui huius mali causa fuerat. Ex quo ocyus affuit illi sanitas q̃ mors affu tura putabatur.

Ex abscessu gulæ hominez pene iu gulatum. CIIII.

a Liud quoq; morbi genus circa fauces oriri consueuit: & id interdum pesti ferum acutumq;: Quale in Alexandro Ser ralio nuper uidimus: cui neq; rubor neq; tu mor ullus intus in gula aut extra ostẽdeba tur: sed aridum corpus erat & squallidum. Cumq; nihil omnino alimenti demitteret, sed quicquid absummeret statim reiectans uix spiritum traheret: & uox adeo faucib9 hæreret, ut ne mutire quidem posset, iugu lari prorsus hominem putares. Nos tamẽ & urgentis morbi & ægri uirium ratione ha bita, utile & præsentaneum remedium du ximus sanguinem mittere: tum & cucurbi tulis natibus affixis deducere humorem co nati frictionib9 simul aliisq; præsidiis quæ cunq; extrinsecus hominem iuuare poterãt tantisper utendum censuimus: donec ægri fauces detumescerent. Verum ubi malum his omnibus auxiliis nonmodo cedere aut leuari, sed in horas uehementius ac contu

macius fieri aduertimus, omni abiecta spe ægrum tanq̃ proxima nocte moriturum, Deo & naturæ reliquimus. Hunc autem cum assistentes uelut iam iam spiritum exalaturum signo Crucis ex more in auroram usq; singulis momẽtis consignarent ac munirent, ecce statim a summis ægri faucibus tam ingens ex adaperto intus abscessu purulentæ materiæ uis effertur, ut homine pene iugulato, catinulum, in quo recepta est, ad summum repleret labrum. Qua expulsa statim resumptus est spiritus: & æger, q̃ iam pro mortuo lugebatur, ueluti ab inferis remeans, paulatim conualescere cœpit, donec integram consequutus est sanitatē.

Vitio lienis curatus. CV.

lIenis uitio afficiũtur q̃ plurimi: horũ sinistra pars tumens ac durior premẽti renititur. Quod si diu perseuerat (nam interdum perpetuum id malum est) tumescunt crura: & si ulcera præterea innascuntur, uix sanescunt. Multos nos tali uitio affectos curauimus: inter quos unum: quẽ cum septennio hoc morbo uexatus frustra multa consilia, ac pene infinita præsidia ex

pertus fuisset, solo tandem cappari, qui tali ægritudini aptissimus cibus est, solaqꝫ ui aquæ, in qua faber ferrarius sæpe cãdens ferrum extinguit, annua potione liberauimus: Tanta scilicet in eiusmodi aqua contra hoc uitium inest uis atqꝫ uirtus. Vnde & compertum est animalia, quæ apud hos fabros educantur per q̃ exiguos habere lienes.

Morbo Cœliaco curatus. C VI.

i N ipsius uentriculi porta morbus innascitur: qui a Græcis cœliacus appellatur. Durescere sub hoc uenter solet, & torminibus premi: aluusqꝫ ipsa adeo nihil reddere, ut ne spiritus quidẽ infra, sed nec supra erumpere possit. Paulus pater meus haud mediocris ingenii & doctrinæ uir, hoc morbo male uexatus, cum diu multa ac uaria auxilia sed frustra expertus fuisset, clystere ex solo lacte condito, in uentrem iniecto, ac multis subinde strigmentis depositis ad pristinam reuersus est sanitatem.

Ex tenuioris intestini morbo sa-
natus. C VII.

iN tenuiori intestino acutus interduꝫ & pestifer oritur morbus: ex quo etiã supra umbilicum intolerabiles excitantur dolores: nec spiritus ullus transmittitur: & non solum cibus ipse, sed stercus ipsum pleruncꝫ per os redditur. Vomitus autem uarius aut niger existens grauioris etiaꝫ odoris est. Tali igitur morbo adeo Laurentius amantissimus frater affectus est, ut cuꝫ necꝫ missio sanguinis, necꝫ alui ductio, necꝫ aliud quoduis idoneum auxilium hoc malum frangere posset, materia tandem ad neruos prolapsa in morbuꝫ incidit comitialẽ. Quo breui & in mortis discrimen adduct9 cum triduo hoc habitu iacuisset, nihil omnino degustans, a medicis derelictus est. Verum die quarta, ubi paululuꝫ reuiuiscẽs uinũ lãbere occepit, resummitur spirit9: & morbus paulatim ui naturæ propulsus, præsidiis cedit. Donec tandem per Dei gratiaꝫ penitus sublatus hominem sanuꝫ reliquit: quod nõ prius tamen effecit, q̃ exactis quattuor mensibus a die, quo primum ille huiuscemodi affectus est morbo.

Morbo uuluæ inedia liberata est mulier. CVIII.

u Exari uuluæ morbis ut mulieribus commune, ita sane inauditum sic uexari ut patiens nullum cibi genus deuorare queat. In Cœnobio montis cœlii monialem uidimus: quæ cum huiusmodi uuluæ morbo grauiter afflictaretur, ita prorsus quancunq; illi subministrassent escam fastidiebat, ut quodam uelut impetu æstuantis stomachi eam statim ut accœperat, uomitione propelleret: quod nos ab irresolubili & crassiori uento, qui a uulua ipsa uersus stomachum ferretur fieri putantes, multa pro re ac tempore adhibuimus auxilia: quæ cum nihil omnino proficerent, & ad decimum ipsa iam diē sola panis bucella (qđ mirum est) uitam traduxisset, ui tandem inediæ deuicto ac penitus profligato morbo ad pristinam reuersa est mulier sanitatem.

Aqua inter cutem eliso utero propellitur. CVIIII.

a Ccidit interdum casu & fortuna sanari non nullos: quos medicina cu

rare non potest. Mulierem scimus: quæ dũ aqua intercutem adeo laboraret, ut nulla de salute eius superesset spes, nescio quo spiritu impulsa de eminenti quodam loco ad terram deuoluitur: & utero ad lapidem eliso disiectoq; ita prorsus omnis effus9 est humor: ut quæ puerum octimensem gestare uidebatur, enixaʒ crederes. Sed nec multo post aut tempore aut labore idoneis ad hanc rem adhibitis præsidiis penitus sanata est mulier.

Alapa mortuus. .CX.

e Xorta inter duos iuuenes lite, cum alter alterum extento brachio alapa percussisset, in morbum statim, quem apoplexiam Græci uocant, resolutus uapulans, paucis etiam horis iugulatus interiit. Quarẽ conuocatis medicis (in uinculis enim detinebatur reus) quæsitum est de causa mortis ipsius: Verum aliis in ictum ipsum, quo materiam commotam fuisse putarẽt: Aliis in humidiorem locum, quo diutius obdormierat: non nullis etiam in lautiorem uictum & potum pleniorem, quo dum uixit est usus huiusmodi mali causam referentibus, indiscussum apud præsidem remansit

iudicium. ¶ Nouimus item fullonem quendam nomine Petrum: qui unico pugno stomacho cuiusdam iuuenis uiolentius impetito, hominem interemit.

Gemini Pueri. CXI.

Geminos nasci nullus dubitat: sed ita nasci, ut indistincti sint, monstruosum. Mulier quædam Alexandra nomine ex Mediolanensi agro Florentiam ueniens geminos mares questui spectandos dabat: quorum alter integer toto corpore distinctisque membris erat: Alter uero ita scapulis, alterius iungebatur uentriculo, ut illo totum caput iniecisse uideretur: cætero uero corpore ab eo seiunctus, non secus illo de mammilla matris lac exugente mouebatur, ac si ipse pariter sugeret. ¶ Sed & sub idem fere tempus uidimus & alios geminos: qui ab humero ad plantam pedis coierant capite excepto: alter sinistro, dextro alter, ubi iungebantur carebat brachio. Coxa, crus & pes unus ac communis erat. Altera tamen corporis parte integra seiunctaque distinguebantur.

FINIS.

¶ Impressum Florentiæ Anno ab incarna-
tione Dominica. M. CCCCCVII.
octauo K̄l̄as Octobris, opera
& impensa Philippi Giun
tæ Florentini.

¶ ANDREAE CATTANII IMOLENSIS OPVS DE INTELLECTV ET DE CAVSIS MIRABILIVM EFFECTVVM



Nicolai Iauachii Tetrastichon

Quod longo ac dubio uerborum Syrmate thraxit
Dogma Auicēnęum Codice en exiguo
Psiches clauditur insuetum hactenus atq renutum
Tu modo cum sapias candide lector habe.

¶ ANDREAE CATTANII IMOLENSIS IN OPVS DE INTELLECTV ET DE CAVSIS MIRABILIVM EFFECTVVM PRAEFATIO AD PETRVM SODERINVM VRBIS FLORENTINAE PERPETVVM VEXILLIFERVM

VM superiore ãno libros de anima Aristotelis publice, ordinarie interpretaremur: arduam profecto prouinciã aggressi sumus: Cępimus enim antiquorum sapientũ opiniones de Animis nostris exquirere, ac phylosophice defendere: & id ocii quod eo tempore nobis datum fuit, ut in aliis phylosophicis rebus cõsueuimus in ea re consumpsimus: Verum quia medicę arti addicti sumus, & (ut non te latet) in Marię nouę hospitalibus ęgris pro recuperanda sanitate illic manẽtibus iam diu presedimus, pręsidemusq; : ubi pro uiribus saluberrimã artẽ experiri uoluimus: id quod animus noster in phylosophia diu parturiit, hactenus parere non potuimus. Cum itaq; pauloante extremam manum Operi nostro imposuerimus, cui nã illud dicaremus quęrẽtibus nobis, tu solus Petre So

derine doctorum uirorum fautor, quoquo nos uerte remus occurrebas: te enim probitate tua, atq; doctri na, sũma quoq; in omnes beneuolẽtia, officio, & pie tate semper amauimus coluimus, & uenerati sumus, uenerabimur item dum uita fruemur: es enim homo ueritatis amicissimus, diuinarum rerum cultor, gra uitate, & fide preditus: quibus aliisq; ingenii tui dotibus moti ex nostris lucubrationib9 phylosophi cis quasdam tanquam studiorum nostrorum primi- tias tibi dicare cõstituimus. Et quia ex Philosopho rum opinionibus quas collegimus, nullã inuenimus magis ad ueram fidem accedentem, q̃ Auicennę opinionem: eam tuo nomini nuncupatam in lucem ędere statuimus: quam profecto (ni fallimur) ita ex plicuimus ut non mediocrem utilitatem his qui im posterum Auicennę dogma profiteri uoluerint ui- gilias nostras allaturas esse arbitremur: quod si non euaserit, sed potius opus Scombris (ut aiũt) & thure dignũ fecerimus: nos hercle non pęnituerit Auicen nę opinionem de intellectu & de causis mirabilium effectuum primos aperuisse, ac declarasse prębuisseq; aliis aditum: qui eam in futurum ęmulari uoluerint. Reliquum est ut huius operis commoda explicem9, in quo profecto (quod sine arrogantia dictum sit) multa nos explicuisse cognosces: quę antehac a nul lo dicta comperias. sunt enim q̃ plurima scitu di gnissima, & cognitu necessaria, indeq; per utilia: doce bimus enim in eo ex Auicennę consensu animorum

nostrorum multiplicationē: quam quidam alii phylosophorum impie negant: quod alibi a nobis erit discutiēdum. Item eorum incorruptibilitatem/atq͂ creationem. hortabimur itē legentes ad morales uirtutes/ necnon ad contemplationem. Vult enim Auicēna animos nostros si ex corporibus his uirtute prędití & moribus imbuti discesserint ad ęternę immortalitatis sedem migrare/ubi fęlices & diuinitatis cōpotes degāt sapientiores: quod quidem & uera fides eis pollicetur: sin minus penas luere. uerū in assignatione pęnarum a uera fide discedit. Sed de hoc suo loco dicemus/ne longiores simus in hac prefatione q̄ opus sit. Summe igitur humanissime Princeps hoc nostrum opus de intellectu & de causis mirabilium effectuum: quod profecto/ legenti afferet iocunditatem.

.VALE.

¶ ANDREAE CATTANII IMMOLENSIS IN LVCVBRATIONES DE INTELLECTV ET DE MIRABILIVM EFFECTVVM CAVSIS QVAS AEDIDIT ARGVMENTVM.

X AVICENNAE Consẽsu hęc in primo tractu erũt dilucidãda. An anima rationalis sit ęterna. & primo Auicennę rationes probantes animam rationalem non esse uirtutem in corpore in medium adducemus. Secundo hanc uirtutem separari a corpore demonstrabimus: Deinde rationem ad partem oppositam ponemus: quam in responsione argumẽtorum soluemus. Tertio erit perscrutandum Cum sit ęterna/quomodo sit per creationem: disseremusq; An omnes actu animę ãte corporis generationem fuerint concreatę. Quarto inuestigabimus An immediate a Deo uel ab aliis intelligẽtiis originẽ sumpserint. Quinto quod sit prĩcipiũ multiplicationis animarũ enucleabimus. Sexto erit perscrutandum si quemadmodum homo ex semine generatur ita per putrefactionẽ generari possit & anima Intellectiua ab intelligẽtia produci ualeat. Septimo an Anima rationalis sit cõposita ex intellectu potentię/et intellectu agente. Octauo An intellectus agens sit una intelligentia: & cum sit

quę nam sit illa/ & quomodo ipsa principiũ intellec tionis sit: & Auicennę sententiam grecorum opinio nibus confirmabimus. cõsequenter in Secundo trac tatu quę ad animarum fęlicitatem pertineant a no bis erunt uidenda: tum quo ad statũ/ quãdo Anima corpori obnoxia est: tũ quo ad naturam penę & bea titudinis/ cum anima a corpore abiuncta erit. In ter tio/ & ultimo tractatu multa a nobis soluentur pro blemata tũ circa naturam prophetę/ tum etiam circa ligationes atq incantationes/ & adhuc circa fascina tiones atq idolorum diuinationes. Vltimo loco pha natici naturam indagabimus: ex quib9 infinita fere problemata soluere quis de facili poterit.

¶ Licet hęc positio a fide & ueritate ipsa in multis (quemadmodũ cętere phylosophicę positiones) alie na sit: tamen in lucem ędere eam decreuimus/ cum maxime ad uirtutes morales atq contemplationem nos adhortetur: et id quod absconditum erat publi cę ędere uisum est nobis: ut tanti uiri ingenium om nibus elucescat: et nos metipsos determinationi Sãc tę matris ęcclesię semper subicimus/ breuiq opus im pressioni trademus: ubi Aristotelem simul cum fide nostra esse demõstrabimus: omniumq phylosopho rum rationes/ quę fidem nostrã infringũt soluemus.

❡TRACTATVS PRIMVS DE INTELLECTV ❡PRIMA QVESTIO

N PRIMIS rationes Auicennę, animam non esse uirtutem in corpore demõstrantes, quę ab ipso sexto naturaliuꝫ adducunt, in medium afferamus. quarum prim a hęc est.

I intellectus esset uirtus corpori mixta, tũc nõ intelligeret formam, nisi a corpore recęptam: Quod autẽ recipitur in corpore, aut in puncto aut in diuisibili recipi, necesse est. Si primum oportet ergo punctum a corpore actu separatum esse: quod exhoc patet cum nihil nisi sit actu ens alicuius accidentalis formę ualeat esse subiectum. At si dicatur quod in puncto prout est in compositione recipiatur: non minus absurdum hoc erit: Punctum enim hoc modo aliquis existit finis: qui a linea in situ tali separatione haud quaꝗ separatur per quam punctum aliquid sit in quo aliud subsistat. Si uero in ipso subiecto quanto & diuisibili recipiatur: tunc forma intelligibilis, diuisibilis efficietur. Auicẽna hãc rationem longa uerborum serie enucleat: & forte ex Aristotelis uerbis primo de anima in erroribus ipsã extrhaxit.

❡Secunda ratio Nulla uirtus abstrahens ĩtelligibilia a quantitate designata, ab ubi, & a situ est uirt⁹ ĩ corpore: Intellectus aũt est uirtus abstrahens ĩtelligibilia a ꝗtitate designata, ab ubi, & situ ergo & c.

¶ Tertia ratio Auicennę: quę etiam a comentatore tertio de anima textu comenti decimi noni adducit. Nihil apphēdens infinita in ꝓpositione uniuersali est uirtus ī corpore: Intellectus est huiuscemodi: ut de se patet ergo &c: maior manifestatur, quia a uirtute materiali solum finita diiudicantur.

¶ Quarta ratio. Si intellectus corpori esset permixtus: tunc corporali instrumento intelligeret: quo dato neqꝫ se ipsum intelligeret, neqꝫ sui ipsius, instrumentiqꝫ proprii naturam ꝑciperet quod quidem ex his quę ab Aristotele ī libris de anima declarata sūt, ueritati dissonū esse dinoscitur. illatio de se cuique philosophanti est obuia, cum nulla organica uirtus supra se ipsam reflecti ualeat.

¶ Quinta ratio quam Auicenna ex uerbis Aristotelis tertio de anima textu comēti sexti extrhaxit. Omnis uirtus in corpore & per instrumentum corporeū apprehendens, ex operis perseuerantia defatigatur: intellectus sui operis assiduitate nō defatigatur, ergo &c. maiorem ipse enucleat: cū instrumenta ex nimia agitatione dissoluantur, eorumqꝫ cōplexio: quę est eis essentialis, ac naturalis deperdatur. At ea quę fortis, difficilisqꝫ apprehensionis existunt, instrumenta debilitant, atqꝫ corrumpunt: adeo ꝙ debiliora ipsis minus apprehendere sinunt: sicut sensibilia excellentia sensorium e natura propria extrahūt ut pote splendor uehemens, uisum: tonitru maximum auditum, ita ꝙ sensus ipsi talibus aprehen-

sis debiliora percipere atq3 intueri nequeunt. Cõtrarium uero intellectui contingit: is enim circa dificillima uersat9 in aphẽsione faciliũ maxime cõroborat̃
¶ Sexta ratio quę etiam Aristotelis est primo de anima textu comenti sexagesimi quinti omnis uirtus adiuncta corpori senio debilitatur: Intellectui autẽ id non contingit, immo efficacior efficit̃: ergo &c.

.II QVESTIO.

ACTENVS intellectum a corporis mole abiunctum esse, abunde accurateque demõstratum est: nunc autem Auicennę rationibus: post corporis corruptionem, nullum interitum sibi cõtingere, manĩfestabimus.

¶ Primo qdẽ si anima ex corporis dissolutione deficiat: tũc aliquo modo a corporis mole depẽdẽtiã sortiet̃ & sic aut ipsã eo posteriorẽ, aut priorẽ, ul' utrũq3 simul natura esse continget: Si autem anima a cõpore depẽdeat, uelut ex eo cũ quo simul esse habeat: ul' hoc substãtiale, ul' accidẽtale sibi inerit. Si primũ, uniuscuiusque eorũ essẽtia ad alterũ referet̃: & tunc neq3 corp9, neq3, aĩa de se substantiale esse habebit: sed utrunq3 cõiũctim substãtia erit. Si uero secũdũ tũc illoꝝ altero ablato alteri9 relatio ad alterum auferet̃: q̃ relatione sublata essẽtias destrui haud quaq̃ necesse ẽ. Si aũt ueluti qd posteri9 aĩam a corpore depẽdere affirmemus: tũc ipsi9 esse aĩę, corpus causa erit. Quatuor uero causarum generibus existẽtibus efficiente, materiali, formali, & finali. Non utiq3

in primo genere: nam corpus ex eo quod est corpus haud quaquam agit: & siquid operetur, id per uirtutes, & qualitates operari liquet. Non in secundo: nam cum supra declaratum sit, animam intellectiuam, uirtutem corpori adiunctam non esse: neque temperamenti compositionisque materię naturam possidebit: sed ab omni corporis labe abiungi poterit. non in tertio: neque in quarto: Animam ęnim esse corporis formam & finem magis rationi consonum est, quam siquis contrarium assereret. Sed si animam a corpore, ueluti id quod prius est dependere dicamus: inopinabile profecto atque absurdum est.

❡ Secundo in nullo simplici, & separato, per se cōiunguntur effectus permanendi & potentia destruēdi: anima rationalis simplex esse & separatū sortitur (ut declarat Aristoteles tertio de anima textu comēti 12) in ea igitur permanendi effectus, destruendique potentia minime coniunguntur. Cum itaque rationalis anima, permanentię esse in corpore habeat, post corporis corruptionem, superstes erit.

❡ In oppositum Auicenę ratio militat: qua uirtutē in corpore esse enucleat: atque ipsam infra soluem9.

❡ Omnis uirtus quę corporis adminiculo operatur, operationemque acquisitam corporis accidenti deperdit, est corpori permixta: nam cum a cōpore omnia intellectus opera dependeant, ipsius quoque essentiā ab eodem dependere non indecens est. (ut Aristoteles declarat primo de anima textu comēti. 13) Intel

lectus autem corporis auxilio opus suum exercet, eiusq; accidenti ipsum deperdit: nam siquis specule tur eum phantasmata contemplari necesse est (ut ab Aristotele habetur primo de anima textu comē ti. 12. & tertio de anima textu comenti. 20.) exęgritu dine etiam sicui eueniat: scibiliū obliuionem pos sibile est ipsum incurrere ut periculo uisum est. er go & cetera.

¶ Postq̄ Auicennę rationes circa mortalitatem & i mortalitatem animę in medium adduximus: in pre sentiarum, an sit per creationem indagabimus: & dum taxat quę pertineant ad Auicennę dogma, de modo creationis propalabimus: & ea que ad fidem nostram spectent, silentio preteribimus: ea enim lō go sermone in questione ueritatis a nobis perscruta ta sunt. Animam itaq; esse creatam presupponam9: nam in questione sancte ueritatis, creationem non esse īpossibilē secūdū Aristotelē dilucidauim9. Nūc autem an ante corpus an post corpus, an simul cum corpore fuerit creata disputabimus: et si simul cum corpore anima creetur, an immediate a deo, uel ab intelligentiis aliis, erit a nobis discutiendum.

.III. QVESTIO.

Circa primum igitur, rationes probantes ani mas, priusq̄ corpora, fuisse creatas, ꝓferam9, quarū prima hec est. Si anima ante corporis genera,

tionem esse non habeat / sed simul cum corpore creetur / corruptioni obnoxia erit: nam omne quod generationem corporalem / & temporalem habet / temporale esse & mortale sortitur: Cum autem anima simul cum corpore prodeat: temporalem atque corporalem generationem possidebit.

¶ Secunda quemadmodum formę existentes in potentia se habent / ad illam potentiam / ita etiam se habent formę / quę non sunt in potētia in aliquo ad id in quo sunt: huius ueritas patet: nam forma quę in aliqua materia existit potentia / cum ex ipsa educitur / illius actus efficitur: & sic anima rationalis quę de materia nō extrahitur / ei9 in quo ē / actus & substantia existit. Cum itaque formę quę potentia in materia cōtinentur / omnes simul in potentia formali in ea sint: necesse ē formas quę de materia non educuntur aliquo modo esse simul factas: cum uero in materia fieri simul nequeant / omnes inactu una ante corporis generationem sunt concreatę.

¶ Idem auctoritate Pythagorę & Platonis asserere possumus: hi enim putant animas omnes simul actu concreatas fuisse. Ait enim Pythagoras / a lacteo circulo imperium Plutonis incipere: quia animę inde lapsę iam a superis recessisse uidentur / atque ideo primum nascentibus ad lactis alimoniam afferri qa primus eorum motus in corpora terrena labentibus / a lacteo incipit.

¶ Incontrarium sunt / Auicennę rationes & sequen

tium ipſum : quarum prima hęc eſt. Si anima ante corpꝰ aliqđ habet eſſe uel unica exiſtit, & non multiplicata, uel multę ſunt. Si primum ex illa omnia corpora animari neceſſe eſt: quod altero duorũ modorum eueniet, uel ꝙ eadem anima numero omnibus corporibus animatis uitam preſtet: quod inopinabile eſt: ulꝰ ꝙ omnes partiales animatorum animę illius ſint partes: quo dato oporteret, ꝙ in cuiꝰlibet animati corporis generatione, ab illa anima pars diſcederet: quod aſſerere profecto, abſurdũ eſt. Si uero ꝙ multę ſint aliquis proferat: uel ex diuiſione fõmali, uel materiali, uel ex cauſis extrinſecis, uel ex cauſa accidentali hęc multitudo cauſabitur: non primum. conuenientibus enim ſecundum formam differentiam, uel numerum ſecundum eandem eſſe nõ conuenit: & animę omnes humanę in definitione & forma conueniunt. non ſecundum cum ſecundum ipſos animę omnes ante corporis materiam concreatę fuerint. Si uero dicatur ꝙ per reſpectum quẽ habet ad corpus anima multiplicetur: id obſtat, ꝙ illud corpus ad quod refertur, actu, uel potẽtia erit: ſi actu, tunc omnia corpora una cum anima facta eſſe fateri cogemur: quod eſt contra ſenſum. Si uero potentia, cum illud quod eſt in potentia tãtum materiali, ſit contingens ad utrumlibet. Ponatur ꝙ non fiat, & tunc ipſum nullo modo reſpiciet: & ſic per relationem ad corpus animę haud quaq̃ multiplicabuntur. Sed ſi animarum mul

titudinem a causis extrinsecis oriri quis affirmet: hoc dicere, nihil est dicere: ab extrinseco nanq3 neq3 unitatis, neq3 multitudinis formaliter ratio habetur. Si uero ab accidenti, quod est tempus, & locus animarum sit multitudo: id profecto rationi dissonum est: nam quę in nullo sunt loco perse (quemadmodum animę) eis ex loco diuisio esse non potest: de tempore quoq3 eadem est ratio: quecũq3. n. tēpore simul sunt, ipso nõ diuiduntur: quare & cetera. Sin autem per accidentia spiritalia, qualia sunt scientia, sapientia, & uirtus, ipse anime distinguãtur: indecens certe id est: talia nanq3 ãte corporis generationem ipse omnes anime possiderent: & cum in accidentibus illis conueniant, per illa differre atq3 multiplicari non poterunt.

¶ Secundo unum pręsupponatur: indiuidui scilicet esse ex accidentium collectione causari: cui quidem in alio inueniri non conueniat, ut Porphyrio placet: deinde queratur an hoc esse anime īdiuidue, anime quatenus anima est, aut quatenus huius corporis anima conueniat. Si primum. tũc omni anime id congrueret, sicq3 una numero accidentium collectio omnibus animabus inesset. & tunc omnis anima una numero esset. Si uero secundum. hui9 animę esse erit, cum esse in corpore incipiet: anima ergo, hec ante corpus esse non potuit.

¶ Tertio nihil in natura est ociosũ, anima itaq3 nõ erit qum eius existere erit frustra: frustrabitur autē

quando motor & actus corporis erit, nec aliquo modo proprio munere fungetur: quod eueniret si ante corpus anima fuisset creata.

.IIII. QVESTIO.

DISPVTEMVS modo in Auicenne disciplina, an anime immediate a Deo, an ab aliis intelligentiis create fuerint: & uidentur profecto esse a deo: quod hac theologali ratione ostẽdi potest ¶ Nihil & aliquid in infinitum distant, ex nihilo igit̃ aliquid educere potentie est ĩfinite: cũ id crear̃ sit. Deus ergo que potẽtia est infinita animas creat. ¶ In oppositũ arguitur. causa nunc agẽs, que pri9 non agebat, per nouam aliquam dispositionem necessario agit: cum autem causa anime nunc sit agẽs & prius non agebat: prime cause id non conuenire ẽ manifestum: cum nulla ei dispositio noua adueniat. Assumptum ex inductione liquet, in causis enĩ naturalibus id clarum est: in causis uero uoluntariis quę per electionem agunt declaratur: nam illa causa nihil agit pręter id quod eligit, ac uult. Ad hoc ergo quod agat nunc, prius autem nõ, oportet ꝙ aliquid eligat & agat nunc quod prius nec elegit nec uoluit.

¶ Secundo immediate recipere ab optimo nobilius ac conducibilius est, q̃ per medium ab illo reciperẽ. Si igitur anima a deo ĩmediate essẽtiam habeat, nobilissimo modo ipsã recipiet. Sed nobilissimũ modũ

recipiendi: nobilissimum esse receptum cõsequitur: Secundum hoc igitur, nobilissimum esse anima sortietur: quod manifeste falsum est: quando quidem intelligentię nobilius habent esse. restat igitur ꝙ ab aliqua alia intelligentia non ita nobili id recipiat. Cuius confirmationi hoc sit. ꝙ ab infinito agente, pro agendi potentia actus prouenit infinitus: cum autem deus infinitum sit agens, eius actus immediatus erit infinitus: Anima autem finitum esse habet. a Deo ergo immediate esse non poterit.

Ostquã rationes fortiores adductę sunt ostendentes. num anima ante corp⁹ fuerit creata: & an anima immediate a deo exierit: Nunc de modo multiplicationis animarum secundum Auicennam pertractemus. Et uidetur ꝙ non sint multiplicatę primo iisdem rationibus: quę contra Platonem superius sũt adductę: quę ad hanc reduci possunt. & cetera.

❡ Siquidem anima a cõpore abiũgatur, & post hoc ei multiplicari cõtingat, eius multiplicationis causa, uel materia, uel forma, uel aliquid aliud extrinsecum, accidentale ue erit: Cum autem nullum dictorum sit: erit igitur unica: uel una cum corpore destruetur, quod quidem ab Auicenna reicitur.

❡ Secundo. quem nam modũ multiplicationis habere poterit anima, quando a corpore seiũcta erit? Nã cum quęlibet multiplicitas uel a forma, uel a q̃

titate summatur (ut commentatori primo physico rum commento.vi.placet) nec secundum formã possumus dicere ipsam separatam a corpore multiplicari, quando talis multitudo & formalis & specifica sit: ex quo animas a se inuicem spetie differre habere mus.nec itidem a quantitate multiplicitatem sũmere ualeat: a corpore enim abiuncta indiuisibilis existens, sine aliqua quantitate est: quod si non esset cum omnis quãtitas materiam presupponat, ex materia animas construi necesse esset: quod Auicenna nũquam cõcederet: Reliquum est cum ei a corpore diuise nullum multiplicitatis principium sit, uel unicam ipsam esse, uel una cum corpore mortem obire.

¶ Tertio si anima multiplex sit, nullatenus ipsum uniuersale potest accipere: Singulare enim recipiens preter singulare nihil ualet recipere.

¶ Quarto. Cum nihil preter intellectum simplicitatis in rebus ac separationis sit causa: quod autem est per se tale summe simplex & in seipso separatũ sit: intellectus secundum seipsum summe simplex & separatus erit.cum uero taliter simplex ac separatum, eo ꝙ sit in multis minime distinguatur: & qđ est tale si absq multitudine summatur unum remaneat atq indiuisum. Intellectus in omnibus ipsũ habẽtibꝰ, & unꝰ, & indiuisꝰ, restat: igit̃ multiplicationis causa qñ a cõpor̃ seiũget̃ aĩa, esse nõ poterit

¶ Quito. Species sine materia indiuisibile quoddã

est: siquando autem diuisibilis sit, id ex materia in qua continetur euenit: quod sicui speciei contingat ei maxime quę est species omnium specierum accidit: cum autem materię participatione quod est diuisibile tale sit: & participare materiam sit contra naturam & substantiam ipsius intellect⁹ nulllā igit materiam sibi uendicat, sicq́ indiuisus in omnibus remanet. Siq̄d igiturpost mortem supersit: id unū & indiuisum esse est necessarium. itaq́ nulla multitudinis ratio inerit animę q̄n accōpore seiūcta erit.

Sexto. Philosophorū priceps Aristoteles tertio d̄ aīa textu comēti. iz. Anaxagorę sētētiā ið̄o approbat: quia nihil ītellectui comune eē dicebat: quod si sic sit, cum ei a corpore separari contingat: eo quod nihil habuerit comune & unus, & indiuisus, & idē omnibus erit.

Oppositum tamen eorum quę dicta sunt, multis rationibus & q̄dem ualidis arguere possumus: quarum prima hęc est.

Vniuscuiusq3 essentia ab ultima fluit fōma. Iste igit homo uel propriū eē habet, ul̄ nō: q̄d si nō habeat cū a ꝓprio eē, indiuiduū id sit: quod est: fateri possumus indiuiduū, hoc nō esse, neq́ etiā id quod est: quod si nō sit, opposita de eodē simul uerificari necesse ē: cū omne quod ē in rerꝝ natura id sit: quod ē: erit igitur id, idēq́ nō erit: quod falsū & īpossibile est. Si u̇o ei ꝓpriū esse sit: isti⁹ igit ultima fōma neq̄ q̄ potest alterius rei esse: cū autē cōclusū sit aīas q̄nq́

a corporibus ſeperari: quem admodum cum corporibus multiplices erant, ſic & extra corpora.

¶ Secunda. ab Ariſtotele tertio de anima probatũ eſt, nihil (preter ea que actione, ac generatione nature fiunt) in aliqua natura fieri, ac generari, quin ibi aliquod agens, aliquodq; patiens, ac eam actionẽ recipiens concurrat: Conſtat autem omnes fateri in natura anime aliquod fa[illegible]m generatumq; eſſe, nõ q̃dẽ actione nature, generatione ue, ſed ſipliciter: nullum enĩ principiorũ anime in tali ſubiecto agit, uel patitur: In ipſa igitᷣ anime natura aliquod agens itemq; aliquod patiens, ac recipiens nimirũ eſt. Cũ autem ſpeculatiuo intellectui finito ac genito multiplicari contingat, ex his inquib9 fit: ſubiectum ipſius patiens multiplicetur neceſſe eſt: poſſibilis igitᷣ intellectus ſecundum numerũ aliorum multitudinẽ adipiſcetur. Itaq; multi intellectus poſſibiles erunt numeraliter diſtincti queãdmodum & ſpeculatiui qñ anima a corporis mole diſiuncta erit.

¶ Tertia ratio in eode3 de anima uolumine ſecũdo, textu comẽti 30 &.31. pbatũ ẽ eiuſdẽ rationis animã eſſe, cuius eſt figura. Sicut enim antecedentes figure in conſequentibus clauduntur, ut triangula in quadrangula, ſic & uegetatiua in ſenſitiua, & ſenſitiua in rationali: Triangula autem figura ita eſt in quadrangula: q; quadrangula nullo modo a triangula ſeparari poteſt: eodem igitur modo nec intellectiua anima a ſenſitiua, nec ſenſitiua a uegetatiua

potest disiungi: quod si uerum est, quandam intel-
lectiuam substantiam oportet esse: quę potestate &
uegetatiua sit, et etiam sensitiua. Inopinabile autē
est esse aliquam substantiam unam numero quę se-
cundum quasdam uires alicui propria sit, & secundū
quasdā alias ōnibus comunis existat, nulliq; ꝓpria
(& si opinabile est ab una substantia plures fluere ui
res, quarum quędam sint separabiles, quędam uero
(quales sunt cōporeę uirtutes) adiūctę corpori, atq;
obnoxię) opinari igitur ipsi non possumus quomo-
do intellectus cum sensitiuo coniunctus, nec aliqua
tenus ab eo separabilis, omnibus hominibus possit
esse comunis: presertim cū unicuiq; homini suū sit
sēsitiuū, absurdum .n. est asserere intellectum unū
numero pluribus esse, & sensitiuū in eo inclusū plu
rib9 inesse inficiari: necesseitaq; erit cū a cōpore seiū
ctus fuerit, sit numeratilis atq; distinctus.

¶ Vt autē ea quę dicta sunt elucescāt, & contraria
Auicēnę dictis soluātur: unū pręsupponētes: creari
.s. nihil aliud esse q̄ ex nihilo aliquid fieri: dicamus
tria fuisse placita & quidē famosa: de formarū sub-
stātialiū productione. Primo qdē Platonis opinio
fuit: qui quidē inficiat9 ē, substātiales formas ꝓdu
ci ex semine: his formis mediantib9 quas a primis ge
nerātib9 semen ipsū accęperit: Sed uoluit separatas
formas genitis ipsis essētiā prębuisse: placuitq; sibi
rationales animas actu simul omnes creatas fuisse.
Plato .n. Pythagorę dictis maxime fuit addictus:

sed hoc q̄do Platonis positionem recēsuimus / uberrime / declarauimus: hoc loco satis sit id dixisse. Deī de uero fuit Aristotelis placitum: has formas / quę ī materia sūt a formis naturalibus gigni / q̄do qdē semina p formas quas ab animali / & a cęlesti uirtute sūmunt / species suasq̧ buscūq̧ genitis prębent: a cęlesti enim uirtute plasmatiuam uim capiūt: qua cō simili forma / materiam fingunt. Postremo autē ex Auicennę consensu fuit: substantiales formas ab intelligentia decimi ordinis fuisse creatas. Tribus autē dictis ipse sententiam suam firmauit: quorū primū / id est. quodcunq̧ sit potestate non posse ad actum educi / nisi ab aliquo eiusdem speciei / uel generis extrahente. Secundū. Substātiales formas in materia existentes: puta hominis species / asiniq̧ / et lapidis / & id genus cęteras / neq̧ actiuas essentialiter esse / neq̧ passiuas: huius autem ueritas ex eo pendet: q̄ nulla substantialis forma contrarium habet. agere uero nihil essentialiter potest / nisi in sui contrarium: similiterq̧ pati contrarium a contrario necesse est. Tertium eas formas quas agere / quasq̧ pati dicimus / esse illas qualitates / quas primas nuncupam9. Ex his seq̄tur q̄ agēs substantiales formas principiis nō naturalib9 agat: ideoq̧ ab intelligētia agēte tales formas fieri Auicēna asseruit: atq̧ eā formarum datricē uoluit appellari. Sed ut meli9 / diffusius q̧ qd sēseric habeat / d̄nuo r̄petēdū ē Auicēna cuilibet cęlo animam tribuit: post hoc autem / cuilibet

orbi, abstractam quandam intelligentiā dedit: quę quidem cęli animam ratione finis, ueluti quid amatum, atq; optatum moueret. Pręter hęc & unam primam substantiam esse asseruit: qui deus est gloriosꝰ quē nullo modo uoluit cęleste aliquod corpus mouere: uoluit tamen quod deus intelligendo se ipsum primam causaret intelligentiam primi cęli motricē, & id finis gratia: ulteriꝰq; nihil deū causare asseruit, cum simplex substantia sit: a qua quatenus talis est nihil prouenit pręter unū. Ad hęc primā intelligentiam citra deū duo dixit producere: quatenus enim primam simplicissimā substantiam intelligit, secundam causat intelligētiam: ꝓut autē se ipsam cognoscit animam primi cęli producit: quam quidem primę materię uniri uoluit: ex qua unione primum ex anima, & materia compositum cęlum resultat: & ita successiue dixit de tertia intelligentia, respectu quartę: seriatimq; usq; ad decimam: quę quia potētialis est, nullam producit aliam intelligentiam: sed formarum substantialium, inferiorumq; animarum est datrix. & quia ymaginatus est Auicenna q; sicut magnes ferrum ad se trahit, ita intelligentię cęlestium corporum animas trahant, amoris, ęterniq; desiderii gratia: quā ob rem ęternitatis motus causa est cęli intelligentia: finitę uero uelocitatis causa, ē anima cęli: intelligentia nanq; abstrhacta, ac purę essentię, particulares reuolutiones facere haud quaq̄ potest (cum intellectus abstractus modo uniuersali

ſolum particularia percipere ualeat, nam ſi parti-
culares faceret reuolutiones: hęc efficeret: & per ali
quod particulare indiuiduaretur: ideo ultra intelli
gentiam coactus eſt ponere animam, cęlum ipſum
perficientem. Notandum tamen eſt ꝙ ſiquando co
mentator Auerois Auicennam mordeat circa hęc:
preſertim quia quandoq; ait phantaſia & ymagina
tione cęli animam frui: dicendum eſt Auicēnam ap
pellare phantaſiā & ymaginationē: nihil aliud, atq;
aīę cęli ad particularia applicationē: qre eandē uo-
luit eſſe cōparationē aīę cęli ad cęlū: quā & intellec
tus actiui ad corpus noſtrum. Intellectus autē acti
uus in nobis a ſpeculatiuo intellectu, multipliciter
diſtinguitur: habet enī intellectus actiuus formam
quandam: quę (prout eſt poſſibile) uoluntarię ope-
rationis principium obtinet: Speculatiuus uero, fō
mam ſcibilitatis retinet, prout ſcibile in nobis ualet
ſcientiam cauſare: itaq; talis actiua forma potius
compoſitionis q̄ abſtractionis dicitur forma: & hoc
ideo quia ipſa quoquomodo ab anima in exteriora
mouetur. Speculatiui uero intellectus forma potiꝰ
abſtractionis a materia dicitur ſpecies, & ab exterio
re re cauſata: quę ſcientię ipſiꝰ dicitur cauſa, nec rē
aliam aliquo modo cauſans. Ad hęc omnes particu
larium actus, operationesq;, in partialibus circūſtā
tiis, temporis, loci, materięq; partium circa quā eſt
opus, uerſantur. eaque forma qua actiuus fruitur ī
tellectus particularia ipſa cognoſcit & non ſolū to

tã materiã ipsa cõprehendit: uerum etiã & unã quã que materię partium: quin & super eum ordinẽ fer tur, quem partes ad se inuicem habent, & ad to- tius artificiati formam: ea uero forma quę specula tiui dicitur intellectus: ideo quia uniuersalium est, de materia nihil nouit. Ad hęc intellectus actiuus corpora ipsa mouet: ideoque uis mobilitatis, eiusq; dispositio ab ipso in õgana motum exequẽtia fluit: quare non a corpore influxum capit: sed potius uice uersa. Speculatiuus uero ĩtellectus eo quod moués non est, sed recipiẽs, nihil in corpus influit. Dicen dum igitur est Auicennam ideo uoluisse proximum cęli motorem animam appellari, quia cęlo impertit motum: ea particularia agnoscens, quę cęli partiũ motu medio consequũtur: dignoscensq; motus, por tiones, non ea forma mediante, quę per astractionẽ ab ipso mobili capitur: sed ea potius quę rei motę, compositionis est forma, quę si ab alio accepta fue- rit, id per alium erit motum: quo mediante separa- ta intelligentia & superior inferiorem mobili iuherẽ tẽ mouet, ei impertiẽs eas bonitates, quas habet ido neas per motum recipi: ideoq; pro mobilis, motusq; partibus, partiales hę sunt. Quando autem ait Aui cenna proximum cęli motorem ymaginatione exti- mationeq; frui, intentio eius non est, ut illis ueluti sensibilis animę partibus potiatur: quandoquidem in eis deceptio inuenitur: sed ideo extimationem ei inesse uoluit, quia a superiore intelligentia eas bo-

ni intentiones accipit, quę per motum acquiri possunt. Imaginationem autem propter ea quia talis anima quoquomodo rem ipsam immutat, ad exterioraq́ illa utitur: quę particulari nuncupatione dicuntur: ideoq́ ymaginationem habet atq́ extimationem quatenus ad particularia: quę per motũ reduci debẽt, cęlestis anima applicatur. ad hęc ipsa cęlestis anima particularia nouit, intellectu nõ quidem a rebus causato: sed ipsamet ad res uertitur quatenus eas causat: eiusq́ cognito talis est, qualis esset uisio: si extra mittentes & nihil intus suscipientes intueremur, tunc enim uisio supra res esset, ageretq́ in eis uisibilitatem: id enim cęlesti animę euenit: quod eius scientia rerum sit causa, & propter id super res ipsas fertur, & ab eis minime causatur. Decimi autem ordinis intelligentia materia existente disposita ad ipsius animę introductionem ipsam animam creat. Aduertendumtamen est quod licet omnes substantiales formę ab intelligentia decimi ordinis producntur, sola tamen rationalis anima uere creatur: pro sui enim essentia accidentaliter solum materia ipsa requiritur q̃tum ad creationis & introductionis modũ, ita .s. quod talis intelligẽtia nõ crearet nisi materia eẽt disposita, ipsa tñ rationalis aĩa a cõpor̃ separata nullo mõ materia ĩdiget: & q̃uis ĩ cõpor̃ ĩcipiat eẽ, suũ tñ eẽ a cõpor̃ haud q̃q̃ habet: ad hęc easretinet ꝓprietates extra cõp⁹, quas in cõpore ip̃a habuerat, nõ q̃dẽ cõpori comunicatas, itidemq́

eas ꝓprietates habet, q̄bus una rīa ab alia differt: quę autem hę sint non bene ab Auicenna sexto naturalium explicatur. Alię autem formę substantiales ab ea intelligentia producuntur, non tamen proprie creantur, cum essentialiter pro eorum essētia mater a requiratur, nec sine ea possint manere: cunq̄ cō pus ipsum corrumpitur, & ipsa substantialis ac materialis fōma marcescat. Ex dictis dubitationes quę superius sunt adductę soluuntur. Et primo respondetur ad rationem quam contra se Auicēna format, in secunda quęstione .s. quod anima non sit separabilis a corpore.

AD SECVNDAM QVESTIONEM

D id quod in oppositum obiicitur scilicet q̄d omnis uirtus quę corporis adminiculo operatᷓ & c̄. Auicenna concederet, quod licet intellectus in speculabilium acquisitione cōporis adminiculo egeat, tamen habitus speculatiuus in intellectu potentię existens conseruatur, nec ex corporis accidenti dᷓficere potest. Et si cum habitum speculatiuum possidet: non operari contingat: id erit quia ipse, maxime circa corporis uersabitur actiones, & tunc a speculabilium negocio retrhaetur. Cumq̄ corpus ad pristinam reuertetur salutem, tunc id quod acquisiuerat et suum opus exercere poterit. Anima quoq̄ a cōpore separata sine cōporis presidio suo opere fungi ualebit.

AD TERTIAM QVESTIONEM

❡ Nunc autem rationibus quibus in tertia questione probatum est animas ante corpus fuisse creatas respondemus / & primo ad primam. nõ. n. sequit̃ si anima rationalis sit in corpore creata / ꝙ propter hoc corrupto corpore ipsa marcescat: uerum si in corpore fieret / & secundum esse a corpore dependentiam sortiretur (quod affirmare haud quaq̃ licet) simul cũ carnis mole / ipsam deficere inferri posset.

❡ Ad secundam cum dicebatur / sicut se habent forme existentes in potentia &c. ul' dicamus formas de materia non eductas / easq́ que in materia / potentia continetur / in hac ad se inuicem proportionales nõ esse: hec. n. que potestate in materia existunt / subiectum habent: in quo simul esse possunt / quatenus in potentia sunt: tale autem subiectum est prima materia per intellectum ante omnem formam precõcepta: he uero que de materia non educuntur id subiectum nequaq̃ habent: ideoq́ nisi actu existent esse non possunt. in corporis igitur generatione ab intelligentia actu producuntur.

❡ Ad id autem quod a Pythagora & a Platone dicitur / asserendum est eos alterius fuisse opinionis: nã hi omnes animas actu eodem tempore creatas fuisse / arbitrati sunt: cuius oppositũ opinatus ẽ Auicẽna.

AD QVARTAM QVESTIONEM.

¶ Ad rationem quartę questionis probantem scili/cet creationem esse a Deo respondeamus: q licet concedamus, aliquid & nihil in infinitum distare, tamē quia alterum extremum pure negatiuum est, non dedecet aliquod finitum posse, ex nihilo tāq ex termino & tanq ex nullo subiecto machinari aliquid posse. Possumus etiam aliter respondere, dicentes inter aliquid & nihil neq finitum esse discrimen, neq infinitum: ideoq assumptum negamus: distantia. n. est inter positiua extrema.

¶ Reliquum est, ut his rationibus respondeamus: quę Auicennam urgebant circa modum multiplicationis animarum, quando a corpore seiungūtur.

AD. V. QVESTIONEM.

¶ Ad primam dicamus, Auicennę rationes, non ipsius Auicennę, sed Platonis sententię obstare: nam cum Plato uoluerit omnes animas ante corporis generationez fuisse creatas, nullā multiplicationis causam in medium afferre poterit: uerum cum Auicenna in corporis productione animas creari asserat, aliquam multiplicationis causam dare potest. Anima enim in corpore existens quasdam retinet proprietates quę nullis aliis animabus obnoxiis corpori conueniunt: eisq a se inuicem quęlibet animę distingūtur: quando autem a corpore separantur easdem re

tinent: iisq; dum separatę sunt una quęq; anima ab alia distincta est.

¶ Ad secundam respondeamus, dicentes unam animam ab alia distingui, tum per materiam, tum etiam per supradictas proprietates. Sicq; diuisio illa similis erit quantitatis diuisioni.

¶ Ad tertiam sit talis responsio: ꝙ id quod in anima rationali recipitur, secundum esse est singulare: sed representandi modo est uniuersale. Argumento autem est Sol, qui quidem secundum esse naturam singularitatis participat: secundum uero causandi modum uniuersalis naturam retinet: cum totius generationis uniuersalis sit causa. uel possumus dicere quod speties intelligibiles non proprie sunt in intellectu tanquam in subiecto, sed in ipso tanquam in loco. ideo & cetera.

¶ Ad id autem ꝙ quarto loco obiectum respondeatur concedendo, id summe simplex unicunq; esse quod causa est simplicitatis alicuius per se, non autem per accidens: cuiusmodi intellectum agentem esse asserimus: cum decimum intelligentiarum secundi ordinis sibi uendicet locum. Cum itaq; obiectio presertim super agentis intellectus actum fundetur: ipsum intellectum agentem separatu3 & unicum esse asserimus: nec ex hoc habetur, quin intellectus potentię in natura determinatum sit ens atq; etiam in alio alius: cum separatio in rebus maxime ab agēte sit intellectu, & non ab intellectu potētię.

¶ Ad id quod quinto loco obiectum est, facilis esset resposio: Si id quod ex ratione infertur (intellectum. s. agentem solum non multiplicari) affirmemus: Id autem intellectui potentię non contingit. Intellectus. n. agens & non potentię est speties spetierum: cum dum taxat sub agentis intellectus actu speties efficiantur intelligibiles. Sed aliter respondēdo: rationem aliquam habere efficacem negamus: nam intellectum naturam singularem habere, & ipsum quoq3 omnium intelligibilium spetiem esse nō dedecet: quemadmodum exemplo liquet: nam lux in natura cęlesti indiuiduam naturam habet: quę in distincte omnium colorum est speties.

¶ Ad ultimam rationem, cum dicebatur intellectū secundum Anaxagoram nihil habere comune & c. dicendum ꝙ intellectus secundum suę potentię ambitum nihil habet comune: ideoq3 omnium uniuersaliū est recepti9: & hac de causa Aristoteles duo de ipso intellectu demōstrat ipsū, . s. neq3 corpus esse, neq3 uirtutem in corpore: ipsumq3 omnia potestate esse: & quod hoc modo nihil habet comune, separatum, distinctum, multiplicatumq3, remanet.

¶ Postq̄ conclusum est intellectum non esse uirtutē in corpore: atq3 etiam superesse a corpore separatū, creariq3 ab intelligentia decimi ordinis: quę quidē agit gubernatq3 inferiora hęc simplicia atq3 composita in sphera actiuorum & passiuorum existentia, a lunę intelligentia producta: quę quidem se

ipsam intelligit, ut Auicenna sensit, idemq3 eius imitator Algazzel: superest in presẽtiarum discutere num possibile sit rationalem animam sine semine & absq3 generatione posse creari. & quod hoc fieri nequeat his rationibus: quę ab Aueroi. viii. Physicorum comento. xxxxvi. adducuntur probemus.

SEXTA QVESTIO.

¶ Si enim id posset fieri sequeretur eum hominem taliter genitum equiuoce hominis appellationem suscipere, cum eo qui ex semine genitus esset: hoc autem absurdum est: & illatio ideo est manifesta: quia cum materia altera fuerit & diuersa & agens diuersum: necesse est & formam diuersam esse.

¶ Secunda ratio. Si materię & formę non essent appriatę, tunc quoduis ex quolibet generaretur, & in quolibet: uniuersaliterq3 materię ociose & frustra essent.

¶ Tertia ratio. si possibile esset ꝙ homo ex terra (sicut uermis) generaretur. aut id semper fieret, essetq3 necessarium. aut in maiore parte, aut in minore. Si primo tunc oĩo ab homine nõ generaretᷣ homo. Si in maiore parte, homo raro & a casu ab homine fieret. Si in minore, tunc eadem speties, tum casu, tũ natura prodiret: quę quidem opposita sunt: impossibile enim est eandem naturam pluribus modis comunicari.

¶ In oppositũ ẽ Auicẽna. sed ad eius rei notitiã est

sciendum : q genita & ex coytu & ex putrefactione eiusdem sunt speciei: & unum quodq uiuens utroq modo coytu scilicet & putrefactione seu uniuoce, seu equiuoce potest gigni. Declarauit .n. Auicenna in suis tractatibus de diluuiis : quid erit reparans terram & animalia simulhac fuerint per diluuium ignis, & aquę, uel per aeris pestez uoluntate ue propria (ut i qnto de animalibus dictũ est) mortificata atqz extincta: uoluitq stellas elementorum uiribus mixtas omnia fingere, atq agentis intelligentię uigore perficere: consequenterq eandem spetiem ex elementis absqz femmella posse creari: & perconsequens uuluam in generatione non de necessitate requiri, sed ut melius generatio fiat, perfectiusqz embrio foueatur: et quia raro in elementis locus perfectus aptus generationi inuenitur propter repentinas ipsorum mutationes : uulua pro determinato loco generationis statuta est. Contingit tamen & sepe generationis cuiuscunqz animalis locum in elementis contemperari: tuncqz asserit cuius animalis semẽ in elementis conteperatum fuerit stellas producere formam : argumento autem sunt plurima quę ab ipso adducũtur signa : uidemus enĩz inquit alicubi ex putredine, mures gigni: & demum per coytum multiplicari : idemqz piscibus uidemus contingere. Visi sunt etiam serpentes in monumentis & tumulis ex mulierum capillis (presertim ob eorum longitudinem) cuz uiscosa humiditate geniti, itemqz mare ac

femmella constitutis denuo coytu multiplicati. Vn de. xv. animalium inquit: et iam habui amicum qui fecit Scorpiones qui postea alios genuerunt scorpiones. Atq; id esse decet quod res per uirtutem generatiua; genita alio modo q̃ ex semine possit generari: Cu; proprie generatio cõseruandę speciei gratia fit: fẽmella uero circa indiuiduum uersetur: quod post gignere incipit: & si homines uel ob aeris pestem, uł propria uoluntate (quod possibile esset) a generatione immunes fierent, morerenturq; omnes: & paulo post generaretur homo: ille quidem eiusde; speciei homines gigneret, & species iteraretur: factioq; ac generatio ad specie; seruanda; inuice; se adiuuarẽt. Ad hęc uisu; est unius animalis caput, uel alia pars atq; etiam totum animal in alterius animalis speciei diuersę uolua finctum atq; formatum. Quare Albertus. viii. Physicorum inquit ex stellis ad hominis figuram parari posse materiam, sicut de Scrofis apparet. hę enim quandoq; catulos suos cum humani capitis figura pariunt: quonia; stellę, & proprie quę arietis est monstruosa in lucẽ profert. Visi sunt enim alicubi lapides humana℞ partiu; formã suscepisse, puta uirilis mẽbri similitudinẽ, atq; fẽmellę: Quare ide; Albert⁹. ii. mineraliu; inqt, aio ꝙ cum admodu; iuuenis uenetiis essẽ & quędã marmora ĩciderẽt ornãdi tẽpli gratia uidimus in una marmoris portione iã ĩcisa remotis tabulis ei cõplicatis appar̃ re regiũ depictũ caput cũ corona & lõga barba. Sci

uim9 autẽ oẽs q aderam9 id a natura in lapide fuisse pictũ: figura autem consimilis heremitę cuiusdam cum gausape in eodem templi pariete extat: quam ipse uidi: & multa id genus cotidie uidentur: quę breuitatis gratia inmediũ non adduco. Quod autem uirtutẽ syderũ hęc gigni possit/Alberti extat auctoritas. Inquit enim perfectorum animalium corpora raro fingũtur in nube: licet semel cõtigisse hoc Auicenna dicat: unius enim uituli corpus cecidit: quod stellarum uirtuti eo tempore uituli formam imprimentium maxime tribuit: ita ꝙ uirtus earum in cõmixtis elementis diffusa pro uituli forma materiam pręparauit: qua materia disposita agens intelligentia/uituli substantialem formam produxit. Eodem igitur modo & de homine non genito ex semine potest dici: uirtus enim cęlestis ac syderum uis in elementis diffunditur/materiamq; ad hominis figuram disponit ac prępararat: quo expedito agens intelligentia substantialem hominis formam producit: erit autem talis generatio nullo humanę speciei indiuiduo existente/tunc enim omnis natura ad tale opus concurret: sicq; tum tota natura tum etiam stellę elementorum mixtionem mouent/& huius illius ue speciei mixtum plasmant.

¶ Vt ergo uberi9 declaretũ qͣliter hoc qđ dico raro ĩ maioreq; parte nõ sẽper faciat casuale effectũ uł pse quędã Auicẽnę sẽtẽtię nõ obstãtia opõtet notarẽ. qđ cũq;.n.effectũ neq; sẽper/neq; propensius accidit:

Heremita in marmore

vitulus in nube

quomodocunq3 contingat / causa eius tale effectum per se non intendente / neq3 ad ipsum per se ordinata / semper causale erit: causaq3 eius / casus / fortuna ue / nuncupabitur: quare propter id quod raro euenit simpliciter & absolute / casuale / effectum appellari non debet: quia si sic iactura a lapide cadente illata causalis non esset: id. n. non raro sed frequenter euenit: ex oppositoq3 solis defectus cũ raro cõtingat causalis esset: hoc aũt ueritati obstat: tale. n. effectũ a causa per se ipsum intendẽte prouenit: ex quo concluditur. quod effectum comparatum ad aliquã causam: a qua per se non solitum est produci / neq3 semper / nec frequenter nec ab ea intenditur / per accidẽs est: quia raro & ut in pluribus per relationem alicuius ad suam causam intelligi debet: ita ut dicatur effectum illud in maiore parte euenire / quod ad suum euentum causamdeterminatã habet / que in pluribus illud effectum producit. Raro uero id quod ad suum euentum certam ac determinatam causam non sortitur: sed tantum ex aliqua causa ad aliud effectum ordinata prouenit / impedita tamen ne proprium effectum producat ex tali impedimento id raro contingit:

¶ Ex his liquet quod illud raro / & in minore parte in se & absolute casuale effectum non producit: sed tantum per relationem ad causam / ut pauloante declaratum est. ad rem igitur diceret Auicenna: quod hominisgeneratio ex materia in se & / absolute / ra-

ra est. comparata autem geneneratio hęc ad causam ipsam producentem, non quidem rara, sed frequens est, & in maiore parte, cum a causa tale effectum in tendente fiat. Is prelibatis ad rationes Auerois re- spondeamus.

AD RATIONES. VI. Q.

¶ Ad primam quę uim ex eo recipiebat: ꝙ scili- cet alterius materię est altera forma, dicamus: quod licet eorum quę ex putredine: quęq͂ ex semi- ne gigniũtur materia altera uideatur & altera, fit ta men eadem uirtute cęlesti ipsam pręparante: calidũ enim cęleste tam a materia putrida q̃ a semine com- plectitur: quo quidem calido mediante materia ip- sa pro hominis forma disponitur: quę ab eodem agente causatur Vel aliter: ꝙ necessitas formę non q dem a materia omnino, sed potius a fine summi de bet: finis enim cum causarum sit causa (ut habetur secundo Physicorum, & . v. methaphisicę) reliquis causis necessitatem tribuit.

¶ Ad secundam eodem fundamento patet respon- sio: materię enim utrorumq3 animalium a cęlesti uir tute apꝓpriãtur: quę quidem tum in semine, tum in putrida materia continetur.

¶ Ad tertiam diceret Auicenna: ꝙ hominis genera tio ex putredine raro & minore ex parte contingit: nec ex hoc sequitur eam a casu ac temere fieri: ni ue limus idẽ esse raro cõtingere, quod a causa nõ deter

minata prouenire q̃re comuniter argumẽtãdo illa/tio hęc nihil ualet. hoc minore ex parte euenit ergo a casu: ubi. n. pauciores essẽt homines nigri q̃ albi, non ꝓpter hoc nigri a casu essent. Ad potissimũ igit̃ Auerois fũdamẽtũ respõderet, cõcedẽdo ĩpossibile esse eandem naturam pluribus modis posse commu/nicari: id autem quod ex hoc uidetur sequi, anima/lium. s. species, quę tum ex semine, tum ex putredi ne generantur, produci non posse negaret: dictum ẽ enim ꝙ & si materia altera uidetur & altera eadẽ tamen specie est: quam identitatem ab eodem cęle/sti calore suscipit: nam talis cęli uis equaliter in his materiis pro hominis generatione diffunditur. & ex utraꝗ materia humana natura ab eodem agente pro ducitur.

SEPTIMA QVESTIO.

¶ In presentiarum de rationalis animę partib⁹ spe/culemur, disputemusꝗ primum an ex intellectu agẽ te ex eoꝗ q̃ potentię intellectus dicit̃, sit cõpacta: post hoc autem uidebim⁹ nũ agens intellectus intel ligẽtia sit abstracta: et cũ sit, quę nã sit. quomodoꝗ ab ipso tanq̃ a principio omnis intellectio fluat.

¶ In primis arguam⁹ rationalẽ animã ex utroꝗ in/tellectu esse cõpositam, hoc modo. Primę & essẽtia les cõpositi partes, actus, & potẽtia sunt cum autẽ aĩa rationalis compositum quoddã sint, & actu &

potestate partes sibi erunt: sed potestatiua pars est intellectus potentię: & agēs, principium actus: rationalis igitur anima ex intellectu potentię & ex agente intellectu componitur.

¶ Confirmatur. Nam cum anima sit actus, ei magis agere, q̃ pati conuenit: Cum itaq; intellectus potentię partem sui habeat, multo magis & intellect9 agens ipsius pars erit.

¶ Sed huius oppositum asseruit Aristoteles dixit enim efficiens in omnibus uenerabilius esse patiente: hoc autem de agente deq; potentię intellectu inquit: sed efficiens patiensq; eo quod sunt contraria nunq̃ in eadem natura conueniunt: Intellectus igit̃ agens, possibilisq; nullo modo eandem naturam uidentur posse sortiri: ex consequentiq; rationalis anima ex utroq; intellectu componi non posse uidetur.

¶ Secundo cum nihil corporeum ex his partibus uideatur componi: quarum una in aliam agat, aliaq; ab alia patiatur, ni ex oppositis id sit compositum: quod ex inductione in elementis patet: nec aliquod incorporeum eo modo compositum uideri poterit, de quo minus uidetur: cum igitur rationalis anima quid incorporeum sit, ex agentibus patiētibusq; a se inuicem partibus composita nequaq̃ est: eiusmodi autem partes sunt agens potentięq; intellectus: ex agente igitur & possibili non est composita: & cũ rationalis animę pars, intellectus potentię sit: intellectus agens eius pars esse non potest.

OCTAVA QVESTIO.

¶ Sed priusq̄ ad decisionem deueniamus aliud propositum perspiciamus. an .s. intellectus agens substantia sit separata, & arguamus q̄ non.

¶ Inter mouens & motum nullum est medium: sed agens intellectus est mouens: motum uero intellect9 potentię: inter hoc igitur non est medium: cum aūt intellectus potentię corpori sit coniunctus: agente3 igitur separatum esse est impossibile.

¶ Secundo. intellectus potentię in humana anima habet potestatem ut moueatur. Sed in Physicis qđ est in materia potestate non potest compleri nisi p̄ agens Physicum ei coniūctum: Intellectus igitur agens non est substantia separata, quemadmodum nec possibilis.

¶ Tertio si agens intellectus substantia fuerit separata intelligibiles habens formas, aut semper his fōmis possibilem intellectu3 afficiet, aut non semper. Si semper igitur intellectus potentię inse formas sē-per habebit: & cum scibilium formas in intellectu potentię esse nihil aliud sit q̄ scire: ex hoc sequetur hominem semper scire: quod falsum est. Si uero nō semper: quid nam obstabit quin agens intellect9 in intellectu potentię formas imprimat.

¶ In oppositum est Auicenna: quod probatur: uidemus. n. q̄ in corporibus admotum mixtionis, generationis, alterationis, augumentationisq̄ natura

lis / mouens primum / simulq agens a miscibilium / alterabilium / generabilium / naturaliterq augumē tabilium materia est separatum. Et tale primu3 mouens est cęlum: a simili ergo uidetur q in his quę cō pori nō sūt obnoxia / sūtq spiritualia: primū mouēs substantia sit separata cum autem mouens primum intellectus sit agens: is igitur substātia est separata.
¶ Secundo. manifestum est id intelligentiam separata3 esse / cuius intelligere a rebus non causatur. Intelligentiarum eni3 scientia reru3 est causa: quo fit / ut ipsarum intelligere / ab eo quod est animę nostrę / quod quidem a rebus summit originem distinguat. Cum autem is intellectus qui agens nuncupatur huiusmodi sit: quod ideo patet / quia si eius scientia a rebus causaretur / eas res ipse reciperet: sicq nō agētis quidem sed potentię cognomentum summeret: sequitur igit hunc intellectu3 ab omni corporis mole immunē esse: separatęq intelligentię nomen sortiri
¶ Vt autem eorumq dicta sunt pro Auicenna appareat ueritas: & ea quę illi contraria sunt soluātur: oportet scire quem intellectum potentię nuncupamus rationalis animi partem esse. quem aute3 agētem dicimus minime: unde licet rationalis aīa quoquomodo (presertim secundu3 eius potentias) composita sit: non tamen potentię intellectum compositionis rationem habere dicimus: sed potius simplicitatis. Nam quemadmodum transmutationis & motus principia tria sunt: materia scilicet / fōma / & pri

uatio: nec oportet materię potentiam aliquid supra priuationē ponere, q̄a ex priuatione & materia nullū resultat compositum: ex quo materia simplex remanet: Ita eodem modo possibilis intellectus, potentia nihil supra sui priuationem & essentiaȝ addit: & cū priuatio nullam dicat compositioneȝ: simplex igit̄ potentię intellectus existit. sicut. n. materia se ip̄a susceptibilis est formarum: ita potentię intellectus se ipso intelligibilium. Sicq̄ eadem res possibilitate & intellectu signatur, alia tn̄ ratione: quę quia priuationis est ratio nihil addit supra simplicitatem.

¶ Sed denuo eadeȝ illa repetamus, quę superius dicta sunt. Auicenna inquam duplicem separatis intelligentiis ordinem statuit. Primo quidem quandam posuit primam intelligentiam totius uniuersi motricem: omniumq̄ȝ entium primum principium. Secundo ordini decem dedit intelligentias, decem aliis ordinibus distributas: quarum primam cęlum, q̄d q̄dem est primuȝ mobile, uniformiter mouere uoluit. Secundam fixorum syderum spheram. Tertiam, Saturni. Quartam, Iouis Quintaȝ, Martis. Sextaȝ, Solis. Septimam Veneris. Octauaȝ Mercurii. Nonam aūt Lunę spheraȝ mouere: De decima uero sic inquit decima q̄dē intelligētia ea ē quę sup̄ aīas nostras fluit: & hęc inferioris mundi intelligentia est: quaȝ quidem agentem dicimus. ex his recte percipere possumus agentem intellectum decimi ordinis intelligentiaȝ eē intelligentiaȝ separatam: quare cū intelligen

tię moueant non motę sicut optatum desiderantē:
sic dixit decimi ordinis intelligentiam mouere intel
lectum possibilem naturę humanę, sicut desideratū
desiderantem mouet: eo modo. s. ꝙ sicut cęli anima
cęlum mouet, prout agenti intelligentię conforme-
tur. ita & intellectus possibilis hominem mouet, ut
decimę intelligentię conformetur: hoc autē modo
bonitates ab agente intelligentia in intellectum po
tentię ea uniuersalia: quę a tali intelligentia dantur
recipientem fluunt: intelligibilia. n. in intellectum
potentię ueniunt prout intellectus potentię ad agen
tem conuertitur intelligentiam ab ea scilicet petens
atꝗ desiderans.

ADRATIONES. VII. Q.

¶ Mox ad rationem primę dubitationis respondea
mus, concedentes actum, potentiamꝗ essentiales cō
positi partes esse: negemusꝗ rationalem animam ali
quo modo compositam esse: quoniam ipsam omni-
no simplicem formam dicimus. Siquis tamen uelit
concedere rationalem animam aliquo modo ex actu
& potentia esse compositam, non propter hoc sequi
tur ꝙ anima in eo ꝙ actus illud sit agens, quod de
eo quod est uniuersale potestate faciat uniuersale in
actu: sed respectu corporis cui dat esse, actus sūmit
denominationem.

¶ Ad id autem ꝙ pro confirmatione positum fuit:
dicamus, ipsi animę prout ad corpus refertur magis

agereq̃ pati competere: prout uero intellectioni cõ/ paratur solummodo pati ip am animam decere.

AD RATIONES. VIII. Q.

¶ Post hoc autem secundi propositi rationes soluamus: ad quarum primam concedamus nullum inter mouens & motum medium esse: similiterq3 intellectum relatum ad corpus esse mouentem atq3 agentem, prout autem ad id refertur quod ex uniuersali potentia fit actu uniuersale. nullo modo potẽtię q3 intellectum motum esse, si illi uniuersali quod in eo recipitur comparetur: sicq3 dicamus ꝙ sicut possibilis du3 corpori coniunctus est, non est substantia separata: ita & agens dum agit, mouetq3 corpus ab eo nõ est separat⁹: & hoc modo abstractę substantię nomen non sibi uendicat: huic tamen nõ obstat ꝙ uniuersalitatis principium, id inquam quod ex uniuersali potestate, facit actu uniuersale, sit a corpore separatu3: atq3 etia3 decimi ordinis intelligentia (ut ĩ corpore questionis satis perspectu3 est) & si potẽtię intellect⁹ in eo ꝙ recipit nõ ẽ seiũctus a cõpore nec ẽ substãtia separata, intelligentiaq3 quemadmodum intellectus agens.

¶ Ad secunda3 dicam⁹: ꝙ inphysicis materię potentia ĩuenit̃: quę maxime ꝑ principiũ id cõplet̃: qđ a miscibiliu3, generabiliũq3, ac secũdũ naturã alterabiliu3 materia ẽ separatu3: qđ quidem cęleste est corp⁹: ideoq3 licet cęleste cõp⁹ a miscibilib⁹ generabili

busq; rebus secundum esse sit separatum, tamen quo admodum operationis iis omnibus est annexum: cum cęlestis uis per totam actiuorum passiuorumq; spherā protinus diffundatur: & ita eum intellectū qui ad omnia intelligibilia habet potestatem corpori annexū esse concedamus: agentemq; intellectum secundum esse a corpore esse seiunctum: sed secundum operationis modum esse coniunctum: cum suo lumine & uirtute spheram hanc totam ipse illustret: cum sit inferioris mundi intelligentia omnes pariter substantiales formas concedens: quęq; potestate sunt intellecta actu faciens intellecta.

¶ Ad tertiam concedamus eum intellectum quem agentem dicunt esse substantiam separatam: & semper ut cętere intelligentię intelligere: ipsum tamen in eo qui potentię dicitur intellectu scientiam semper causare negemus: cum ei ipsius pręparatione sit opus ad causādū: quę quidem pparatio non sēp ipsi inheret.

CORROBORATIO DICTORVM AVICENNAE SECVNDVM GRAECOS.

¶ Sed ne unice Auicenna ea sensisse uideatur, scias sapientes gręcos. Porhyrium. s. Eustachium. Aspasium. & Michaelem ephesium eiusdem fuisse opinionis: qui omnes hominis intellectum possessum et non de natura intelligentię esse uoluerunt: dixerunt. n. q cum intellectilis anima sit totius orbis imago: totiusq; orbis sit capax: & fōma ex naturę conuenīe

tia, organico corpori deputata: necessarium est ipsam imaginem esse eius intelligentię quę decimum orbem (quę sphera actiuorum & passiuorum dicitur) cōplet: quę quidem intelligentia loco instrumenti calido utitur, frigido, humido, & sicco, raro, & dempso, aliisq; quę in elementis inueniuntur qualitatib9: nō quidem secundum se, sed prout ea a cęlestibus uirtutibus mota formantur: Huius autem intelligentię imago nō omnino par simplexq; esse potest: ut intelligentię simplicis est natura: nam si talis esset: non esset species, primo & per se organica: cum simplicis intelligentię natura non sit organica, anima uero natura propria organica sit: & organici denominationē corp9 ab ea sūmat: ideoq; comētator Auerois in qt omnem diuersitatem quę est in corpore, ab ea que in forma diūsitate manaī: sicut organoꝝ diūsitas ab ea quę ē in aīa potentiarum et uiriū diuersitate fluit. si.n.anima sine potentiis secūdū sui naturā diceret: & ab organorum corporis diūsitate, potentiaꝝ daret alietas: sequeret ipsam secundū se ipsam non magis ad unum q̄ ad aliud eē determinatā: Et post hoc asserūt sicut se habet decimi orbis intelligētia, ad intelligētias superioꝝ orbiū: ita intellectilē aīā quę est in homine ad eos intellectus q in superiorib9 orbibus sūt se habere: quaī sicut decimi ōbis intelligētia, possessione, & adeptione superioꝝ orbium formaliter sunt intelligētię: eo q; hę intellectuali opatione ipsam afficiūt: ita aīa possessione & adeptione intelligentiarum

sunt lumina ipsa intelligibila illustrantia: & sicut ultimi orbis intelligentia ad elementorum potestates se habet, ita & aīam ad organoruꝫ distinctiones & opera. Siquis autem id quod in sphera actiuoruꝫ & passiuorum opus suum exercet, non quidem intelligentiam dicat esse, sed naturaꝫ: quicunqꝫ is sit philosophiam lacessit: ea .n. omnia naturę opera intelligētię esse opera nos docemur: quod ideo patet, q̄a gratia finis opus suum exercet, fingitqꝫ diuersa tuꝫ in planctis, tum in animalibus, demumqꝫ in omnibus: quę naturā sortiuntur perfectam: quod natura facere nequaq̄ potest: cum unotenus uim suam non iaciat: quare nec etiam anima eam perfectioneꝫ attīgit: quę in intelligentię imaginatione recipitur, nisi quatenus comparatur intelligentia elementoruꝫ uiribus: sicut sensibilis & uegetabilis ex uarietate ad unum impelluntur, & quam immaginantur uarietatem nullo modo sequuntur: ideoqꝫ omnes eodeꝫ modo nidulantur hyiundines: araneęqꝫ itidem suum opus exercent: quod hominibus non contingit: hi .n. non omnes uno modo ędificant, nec alia sua opera machinantur eodem modo. Quo fit ut ex necessitate secundum istos hominis intellectuꝫ ea natura animę quę organica est possideat: acquiratqꝫ ipsuꝫ a natura superiore: & quanto magis ea circa inferiora & organica uersetur, & circa eorum uim: tanto magis denigretur: & ab intellectu amoueatur: belluinaqꝫ efficiatur, atqꝫ arborea perdatqꝫ intellectum:

& ab hominis natura declinet. Ideq3 Aristoteles primo de aīa textu comenti. xxiiii. sensit: ait. n. secūdū prudentia3 intellectu3 nō solu3 non equaliter in omnibus animabus inesse uideri: sed nec in hominibus. hanc nobilissimam adeptione3 omnes fere Peripatetici īmortalitatis originem esse dixerunt: eaq3 homines deos effici: quos heroas & semideos Plato appellari iussit: Ex his facile conuincitur ꝙ intelligētię imago, quatenus elementaribus qualitatibus comparatī, nec unius naturę sit, nec unius potentię, nec uni9 puritatis: ꝙq3 unius aīa, alius, anima nequaꝗ̄ sit: quo fit ut possidens in uno & in alio non sit ide3. Si aute3 hoc concedere opus sit, cum possidentia & adipiscentia, secundum esse possessa adeptaq3 differāt: necessario uniuscuiusq3 intellectus adeptus, secundu3 esse ab alio differt. Cui exēplo non indecenti id est qđ Aristoteles. ii. de aīa dicit: ait. n. ꝙ ꝗ̄uis splēdor sit in igne, in aere, in aqua in lapillis qb9dā & ī uitro qua parte cū ꝑpetuo sup͂ioř cōpore cōueniūt: uni9 tñ̄ ipsoꝝ splēdor singulari eē ab alteri9 splēdore differt: & hęc fuit eoꝝ sapiētū scientia, quę & si opinioni Auicennę nō oīo adheret maiore tñ̄ ex parte cū ea cōuenit: quę ōnia longiore indigēt inꝗ̄sitione: sed nos in presentiaꝝ breuitati consulimus: quare in id tempus differemus quo expositionē tertii de aīa a nobis pulcherrime compilatam proferemus: tumq3 hęc & alia omnia quę ad animę naturam attinēt longiori sermone inquiremus ac declarabimus.

❡TRACTATVS SECVNDVS DE HIS QVAE AD FOELICITATEM PERTINENT.

Vm abstractoru3 cognitio / ipsius hominis finis sit (ut Aristoteli placet . x. Ethycorum capite. x.) uidendum nobis erit / nu3 rationalis anima annexa corpori abstractorum notitiam habere queat / nec ne: similiterq separata a corpore / cui nam pęnę subiaceat / quanq3 fęlicitate3 possit acquirere: Primoq3 ipsam abstracta non posse percipere ex eo probemns quod Aristoteles. ii . methaphisicę textu comenti primi dicit: ait .n. intellect9 nostri dispositionem ad ea quę natura ipsa manifestissima sunt / similem esse ei dispositioni quam uespertilionis oculi habent ad lumen solis: experientia aute3 cōspicuum est huius uolucris oculum solis lumen uidere non posse: quod ex nimia glaucedine in eo permanente contingit: quo fit ut non uideat nisi nocturno tempore / ut inquit Albertus. xxiii. de animalibus capite proprio.

❡Secūdo quandocunq3 aliqua inuicem comparātur sicut agens & patiens: adęquata agentis actio patiētis passioni debet esse ęqualis / & econuerso: Sed intellectus agens & potentię intellectus taliter comparātur: igitur intellectus agentis actio (quod est abstrahere) intellectus potentię passioni (quod est intelligere) ęquatur / ut patet .iii . de anima quo fit ut po

tentię intellectus, nihil intelligat ex his quę intellec
tus agens non potest abstrahere: Cum autem intellec
tus agens substantias separatas abstrahere nequeat:
cum de se actu abstractę sint: nec proprium phãtas
ma habeant, quo possint abstrahi, intellectus potẽ
tię eas intelligere nequaq̃ potest.
¶ Sed oppositum sensit Auicenna, omnesq; alii pe
ripathetici ut in quibusdã phylosophorum opinio
nibus declarauimus: quas deodãte imposteruʒ legẽ
das trademus: idq; ratione possumus hoc pacto pro
bare. Si. n. fęlicitabilem hominem esse concedimus:
statim abstracta posse ipsum cognoscere necesse est,
concedamus: quod ideo patet quia abstractorum co
gnitio ip̃a fęlicitas ẽ. finis ergo hominis est abstrac
tis ipsum uniri: hoc aũt fieri neq̃t nisi p̃ ĩtellectum.
¶ Cuius confirmationi id sit qd̃ ab Aristotele. vii.
politicorum determinatuʒ est: summum scilicet ho
minis bonum, neqʒ in bonis fortunę esse, neq; in bo
nis corporis, neq; etiam in sensibilium cogitatione:
quod ideo patet, quia deus & intelligẽtię fęlices sũt
& homiuis fęlicitas cum ipsorum fęlicitate est eadẽ.
Cum aũt sẽsus opera abstractis nõ uniamur: nec op
timũ hominis opus, sensus sit opus: q̃a sẽsitiua uis
in homine non ẽ perfectissima uis: fęlicitas igit̃ inop
tima intellect9 operatione consistit ut habet̃ ab Ari
stotele primo &. x. ethicorum Cap̃lo. viii. &. x. Stat
igit̃ fęlicitas in abstractorũ cognitione ideoq; cũ ho
mo fęlicitabilis sit ex eoꝝ cognitione fęlix efficiet̃.

¶ Rationes autem probantes animam separatam a corpore abstracta cognoscere / superuacaneum esset adducere: nam si corpori annexa ea cognoscit: multo magis a cõpore separata: calũniã autez que ex his ab Aristotele primo de anima textu comenti. lxv. et &iii. eiusdem textu comenti. xx. huic dicto inferri posset in questione ueritatis a nobis composita iam deleuimus.

¶ Sed ut appareat ueritas secundum Auicennam: oportet notare Auicennam cuz aliis peripateticis cũ Alexandro. s. Themistio / & Auerois in modo feli/citatis conuenire. q ea. s. ex intellectus agentis cuz ĩtellectu potentie unione resultet: in assignatione autem huius continuationis & unionis ab eis differre: quare si ex eius intentione talem unionem uelimus accipere: quedam percipiamus oportet: & primo qd intellectus noster ab eius principio est ueluti quedaz abrasa tabula & admoduz leuis: sed ex studio & exercitio postmodũ qñ addiscim9 ipse quasdam fõmas intellectorum acqrit merito intellectus agẽtis: qui eas aperit nudatqz atq illi adiũgit: Naz ut declaratũ est agẽs intellect9 decima ẽ intelligẽtia / in secũda intelligẽtiarum serie / gubernãs ea que in sphera actiuorum & passiuorum cõtinẽt: queqdez ab intelligẽtia lune se ipsã intelligẽte pducit: nec ẽ ipsa lune intelligẽtia: ut qdaz putant / & falso Auicenne imponunt: sed eius ĩmediat9 effect9: Cũq intellect9 potẽtie quãlibet intelligibilez formã ab agẽte recipiat: in qualibet earum

perceptione ad agentem potentię intellectus uertat necesse est: cumq; agentem perfecte respexerit: tunc agens ut forma ei coniungetur: sicq; merito agētis itellectus potentię separata percipiet: naꝫ cum id euenerit, tunc intellectus potentię cum agenteꝫ cognoscat: & agens intelligentia sit separata, ex similitudine & conuenientia quam intellectus agens cuꝫ aliis intelligentiis habet, alias intelligentias cognoscet: sicq; in abstractoruꝫ cognitionē deueniet. Atq; hęc cognitio ea est, merito cuius fęlices efficiamur: diciturq; ferre intuitiua cognitio, qua separatas substantias nos cognoscimus: hanc autem cognitionem nō cum scientiis speculatiuis acquirimus: sed post earum cognitionem ipsam nanciscimur. Quę auteꝫ requirantur scientię ad hoc ꝙ talis cognitio acquiratur Auicenna declarat. primo methaphisicę: quando ostendit ꝙ prima phylosophia propter abstractorum cognitionem in ordine scientiarum ultimum obtinet locum. Ait. n. ordo huius scientię est ut discat post sciētias naturales & disciplinabiles: post naturales ideo qa multa in hac scientia cōcedunt: quę in naturali philosophia ꝓbata sūt: ut est generatio corruptio, alteratio, locus, & tempus, & ꝙ omne ꝙ mouet ab alio moueat. Post disciplinabiles uero ideo qa intentio ultima in hac scientia est cognitio regis dei altissimi angelorumq; suorum ordinuꝫ: & cognitio ordinationis eorum circuloruꝫ q̄ inuiceꝫ comparantur, ad quaꝫ scientiaꝫ impossibile est nos

posse uenire, nisi merito astronomię: hanc autē sci
entiā nemo potest attingere nisi per scientiā arith
metrices, & geometrię: musicę uero morales & ciui-
les ad hāc scientiā utiles sunt: nō autē necessarię: hęc
Auicenna. ex quibus elicere possum⁹ ad hoc ut intel
lectus potentię agentē intellectum fōmaliter sibi co
pulatum habeat: oportere ipsum intellectum potē
tię sufficiēter eē prępāratū. Sufficiēs aūt dispositio
erit ei ex naturali sciētia, astronomia, arithmetrica,
geometria, atq; etiā ex prima philosophia: quę om
nes scientię per uiā abstractionis habentur: quo fit
ut intellectus potentię ex his preparetur ad acquirē
dam abstractorum ueram notitiam: quā ipse acqui
ret: cum intellectus agens ei ut forma erit unitus: &
hęc est fęlicitas quę acquiritur dū rationalis anima
corpori est annexa. Sed uestigemus modo ex Auicē
nę intentione quę nam pena et quę fęlicitas aīę erit:
quando a corpore erit abiuncta.

DE FOELICITATE ATQVE MISERIA ANIMARVM CVM A CORPORE SEPARANTVR.

¶ Sed id primum sciamus oportet Auicennā scili-
cet Maumeth Hęresi, fuisse addictum: quare ipse
inquit de ea fęlicitate, miseria ue quę ad corpus atti
net se nolle loqui: putans de ea satis dictū esse in le-
ge Maumeth, nec posse eam ratione probare, cū so
lum prophetę dictis ei acquiescendū sit. Quamobrē

ea3 fęlicitatem miseriam ue animarꝝ indagatarꝝ se eē ait: quę assertiua ratione intellectuq; potest aprehē di: na3 cu3 philosophus sit eā fęlicitate3 quā sapien tes affectant cupit exqrere. Sed priusq̄ ad re3 acceda mꝰ: quę ipse supponit nos referre non tedeat: ait .n. in ōni animata uirtute ꝓpria eē oblectamēta & bo/ na: itide3q; illis cōntraria fastidia atq; mala: ideoq; unāquanq; uirtute3 qđ sibi bonu3 est conueniēsq; ꝑ cipere: quę qde3 apprehendere nihil aliud eē/ q̄ actu perfectione3 ipsa3 adipisci nos nō lateat: similiterq; ab omni impfectione potentiam a tali obiecto in munē reddi: et hoc in uno quoq; sēsuū ē manifestū: uerum perfectio alia ab alia nobilitate differt/ nam cui nobilior est perfectio/ ea maior/ diuturniorq; ē uirtus: maior aūt & diuturnior uirtus uehemētiorē delectationem percipit: ac maiorem consequtur uo/ luptatem. Similiter pręsupponendum nobis est: q; siquis perfectionem aliquam acquirat pro eius qua/ litate delectetur oportet: quando enim perfectione3 eam non habet delectationem ex ea scaturiente3 per cipere nequaq̄ potest: quam quidem non percipi/ ens eam perfectionem non quęrit/ nec optat: argu mento autem esse potest ipsa res uenerea: nam procō cepto habemus sūmā ī ea uoluptatē eē: & tñ frigide cōplexionis homo ea3 nō expetit: uoluptatesq; atq; illecebras ei ꝓprias ōmittēs/ ad aliud iacturā fōtas/ sis (licet id nō putet) allatarꝝ aspirat. Ideq; ei q lumi nibꝰ orbatꝰ sit accidit pulchrrima illi oblata fōma.

Itaq; putãdũ nõ ẽ: nullã aliã pręter asini uoluptatẽ esse: Sed arbitrandũ est deũ gloriosũ, aliaq; abstracta summę nobilitatis esse, atq; suauitatis: sed nostra dispositio ad illa eadem est, quę & eius qui nunq̃ audiuit ad armonica; delectationem: & si eum non fugit musicę hominum animos hilarari: quod itidem nobis euenit: qui licet abstractorum suauitatem percipere non ualeamus: tamen ratione compulsi summam in eis uoluptatem esse credimus. Postremo supponendum est, animam tum perfectionem tu; etia; ea quę uirtuti non obstant eligere, eisq; delectari, si a nullo impediatur: quod si aliquid ei impedimẽto sit, ea reiicere atq; potius eorum adherere contrariis idq; ęger ostendit dum sapores acidos malosq; appetit: formidolosusq; itidem, qui non preuidens ea commoda quę uictoriam committantur, parta uictoria non delectatur. Sicq; recipiens uis quod saluti suę prosit, obsit ue nequit percipere: du; eius cõtrario est affecta: nec illud potest percipere quo usq; opposito penitus exuatur: quo exuta percipit illud nociuum, & ad propriam naturam reuertit: & tunc quę eius est uera perfectio nouit. Sicut febriens ab eius lingua bile amota ea acida, dulcia ue esse degustat: quę pauloante bilis impedimento, cuius saporis essent nequaq̃ ualebat degustare: bilisq; amaritudinem tanq̃ rem nociua; gustui percipit. Sed nũc unde abscessimus redeundum est: iis ita constitutis: dicamus igitur eas animas separatas ęterna frui feli

citate: quę dum corpori erant annexę non uoluptati bus uenereis, non pecuniarum auiditati, nec aliis ui tiis incubuerunt: sed semper contemplationi deditę fuerunt: & circa nobilia quesita semper occupatę uitę huius tempora transegere: hocq̧ ideo fecere q̄a eis non latuit alia compratione nō trutinari, hęc & uoluptatem corpoream, q̄ ea delectatio quę ex cibi gustatione accipitur, quęq3 ex eius odore apprehē ditur trutinetur. Itaq3 si eam consequi uolumus fęli citatem, uoluptatis iugum a ceruicibus nostris de, ponere nos oportet: na3 qui contemplari uult, & cir ca corporalia uersatur, ab his impeditur, nec p̄mit titur sortiri ea gaudia quę ex contemplatione nascū tur: & licet superius dictum sit morales scientias uti litatem solum & non necessitatem ad abstractorum cognitionem nobis conferre: id tamen oportet scire: quod siquis perfectę fęlicitatis gaudio uelit frui: is nisi merito moraliu3 uirtutum id assequi haud qua q̄ potest: hę enim animam ipsam in natura propria seruant, suntq̧ in causa ut anima cōporalia spernat nec deseruiat corporeę moli: quę quidem animę sub stantiam occupat, eamq̧ fatua3 insulsamq̧ reddit: nec permittit eam proprii desiderii meminisse: suaq̧ perfectione letari: quare morales uirtutes flocipen, dendę non sunt: sed omni studio ac diligentia perq rendę: ut anima humanu3 corpus optime gubernet, ac regat: perfectamq̧ abstractorum notitiam acqui rere ualeat: cuius merito ingenti gaudio afficiatur:

quod ei eueniet si a corpore illis uirtutibus imbuta / speculabilibusq3 plena discedet : & quia tunc nihil erit ei impedimento clariori modo q̃ dum corpori erat annexa abstractorum totam natnra3 percipiet : sicq3 ęterna fęlicitate fruetur.

¶ Sed si anima dum corpori est annexa / malas cor/poris dispositiones acquirat: nec unq̃ uersetur circa contemplabilia & bona animi: quando ea a corpore erit disiuncta quod non prius nouit / cognoscet: percipietq3 quod potuerat adipisci se non esse adepta3: atq3 etiam illud corporis.s.bona fuisse ei impedimẽto / ne propriam attingeret perfectionem: sicq3 ma/ximo afficietur dolore: cum nunq̃ id ad quod nata erat / cõsequi ualeat: & hic erit ei cruciatus ęternus.

¶ Si autem anima adiuncta corpori tu3 corporalia & materialia tum contemplabilia & intelligibilia se quuta fuerit: quando a corpore separabitur: corpo/rales affectus in ea inerunt: contrariosq3 naturę suę eos esse ꝑcipiet : qđ dum corpori erat ãnexa nequaq̃ cognouerat: quare ex his orietur ei maximus dolor: & presertim cum nouerit quid ipsam impendiat ne ad proprium suę fęlicitatis ueniat locum. Sed cum dolor hic in ea accidentaliter insit non eodẽ semper persistet loco: sed paulati3 remouebit / donec anima innoxia efficiatur / & deinceps propriam fęlicitate3 acquiret: & hic erit illi dolori par: quo afficiuntur q felicitatis acquirendę spem non ammiserunt.

¶ Eoru3 uero animę qui desipientes in hac uita fue

re, quiq; infantes mortem obiere, cu; nec uitia nec uirtutes sequutę fuerint, nec circa speculabilia tempus consumpserint: quando a corpore erunt abiunctę nihil cogitabunt nec ulla fęlicitate miseria ue afficientur: quare dei misericordia eis cōsulet: & hic dolor similis ei erit: quo animę quę sunt in limbo afficiuntur. Sicq; patet qui cruciatus quiq; dolor animabus erit secundum Auicennam quando a corporibus erunt seiunctę hocq; modo ad uirtues & contēplationem nos adhortatur ut summum bonum adipisci ualeamus.

¶ TRACTATVS. III. DE CAVSIS MIRABILIVM EFFECTVVM.

Vnc aūt id superest ut multa effecta quę possibilia nō uidētur declaremus possibilia eē: soluam⁹q; ꝓblemata quędā quoꝝ primū est hoc. Quo modo possibilis sit prophetia tam in somno q̄ in uigilia & ad quę prophetę uis se extendat.

¶ Secundum. quę ad incantatione; pertineant: quo modo. s. ligentur homines, impellanturq; ad iram, odium, amicitiam, ac detrimentum. Imaginesq; cōstruantur quę, quidem pacis discordię ue inter aliquos causa sint, aliquorumq; sanitatis ęgritudinis ut: & quę sit causa quare inter amantes discordiam qn̄q; aliqs possit parare. quomodoq; id fieri queat. Incantatio

¶ Tertiū. quę ad fascinationes: ūde eueniat q; ex aspectu atq; ītuitu fascinatoris puer uł aliqd aliud ef- Fascinatio

fectũ nõ naturalẽ incurrat: Et q̃a nõ multis dieb9 ãte alloquutus fui cuiusdã puellulę (quę decimũ septimum annum ętatis agit) matrem de quadam muliere quęrentem quod ex eius aspectu confestim puellula hęc cieretur, eiq; succi agitarentur, capitisq; intẽsissimus dolor ipsam infestaret: nec solum ab ea muliere perpeti solitam esse filiam suam asseruit: uerũ & ab eiusdẽ mulieris sorore dũ erat superstes. Ideoq; puellula ipsa mihi narrauit, quę quidẽ proprio ingenio suę ęgritudinis causã optime nouit, cum ex aduẽtu eius mulieris intuituq; se pati cognosceret, nõ tantum semel sed ter & quater, centiesq; illud experta: retulitq; mihi se cuiusdam uetulę consilio sẽ p secũ rutã ferre, merito cuius eo dolore nõ infestatᷣ ab eadem muliere perspecta: quod si contingat ei herbam hanc non habere se statim ex eius mulieris aspectu cieri, ac pati: unde hoc sit erit a nobis inuestigandum.

¶ Quartum. quomodo antiquitus Idola mouebantur interrogataq; futura, pręnuntiabant.

¶ Quintum. quomodo homini contingat esse phanatico demoniaco ue. & quia quandoq; uisi sunt homines ignari insciiq; atq; inculti de doctrina & moribus uariis idiomatibus disputare, nec non & futura prędicere, unde hoc fuerit inquiremus.

QVALITER PRAENVNTIATIO PROPHETIA VE IN SOMNO CONTINGAT

Ed ut acceſſus ad propoſita ſoluēda facilis ſit
quę ad prophetarum naturam congruant / in
medium afferamus oportet: & quia tam uigilanti q̄
dormienti contingit eſſe prophetę / de utroq; ſigil/
latim uerba faciemus. Nec profecto mirum eſt ho/
minem tum dormientem / tum etiam uigilantem fu
tura prenuntiare: nam cū omnia quę in mundo ſūt /
fuerunt ue ac futura ſunt in creatoris angelorumq;
intellectualium ſapientia: nec non & in animabus /
quę cęlorum ſunt angeli habeant eſſe: ſi eę naturę in
tellectuales quę in comunicanda humanę animę pro
pria bonitate ſunt liberales / quod futurum ſit in ea
impreſſerint: illud tum uigilans tum etiam dormi/
ens ipſa aprehendet / atq; cognoſcet: hocq; ideo eue
nire his uerbis Auicenna teſtatur: qd̄ humanę ani/
mę maior cum ſeparatis ſubſtantiis q̄ cum ſenſibili
bus eſt ꝓportio / & in abſtractis nulla eſt occultatio
auaritia ue: quod ſi contingat humanam animā qc
q̄ latere: id non dantis cauſa accidit / ſed ipſius ani/
mę recipientis quę corporea mole in qua eſt impedi
tur. uel id ſibi euenit: quia his quibus deorſum pre/
matur eſt circumuoluta inquinata ue: a quibus ſi fi
at immunis / ea meretur uidere ac contemplari: quę
ſibi abſtractis ſubſtantiis largiantur: atq; etiā non
mirum exiſtit ſi animus in ſomno ab abſtractis diui
nitatē ſuſcipiat: eo qa animus tunc a corpore ſolui
tur aliqualiter: cum dormiens aliqualiter ſit ſimilis
morti: iuxta illud poetę dictum. Stulte qd eſt ſom

Prophete

nus gelidę nisi mortis imago.

Primum ergo negocium erit de ea pręnuntiatione prophetia ue loqui: quę dormienti contingit in somnio. Triplex quippe somnium ipse inuenio naturę quidem etiam triplicis: naturale. s. animale / cęleste / diuinum ue. Naturale id dico quod ex complexione alicuiusq; succi dominio accidit: quod quidez somniuz corporis indicat dispositionez. Animale uero id uoco quod ex ea anime fortitudine: quę alicui circa aliquod in uigilia fuerit causatur. Cum. n. motiones exteriores quę interdiu & secundum uigiliam contingerunt ex spirituum contractione delitescāt in somno / exiguę interiores motiones expergiscuntur. Taleq; somniū q̄ paucę uel nullius est ueritatis: est. n. potius eorum quę animam interdiu sollicitarent illusio: cuius rei inditium est: q; famelicus sibi cibaria somniat preparari palestriaqz strepitum sibi uidetur audire. Diuinum autez seu cęleste somnium illud appello cuius causa sunt diuinę animę: quę orbium dicuntur motrices: nam hę aliquando formas sibi / cęlestibusq; corporibus similes in hominuz fundunt imaginationes: hocq; somnium semper fere ueritati consonum est: & precipue quando anima nulli rerum obnoxia superioribus substantiis est applicata: quandoquidem tunc anima abstractoruz ostētationes ualet percipere: quod bifariam potest contingere: nam quidam sunt somniantes quibus clarissime animę sunt: nec quidez melancolici / sed optime sunt cōplexionis ac moderatę (qđ nec Aristoteli cō/

ſetit, nec etiã ipſi Auerroi: quos hic reiicere nõ ẽ loc⁹ cũ id in expoſitione libri de aĩa a nobis cõpoſita ia3 diu fecerim⁹) quorũ imaginatio ĩtelligẽtię ualde ĩſe ruit, quo fit ut ſõnialẽ reuelationẽ ꝓpria recipiãt ſi mitudine: & ipſorũ ſõnia nullo uelamine tecta nulla ĩ digẽt interpetratione: Quidã uero ſũt q̃ magis ima ginatione q̃ intelligẽtia ualẽt: quo fit ut hi non pro prie, ſed methaphoricę imaginẽt. & iſtorũ ſõniu3 tã to obſcurius ẽ, q̃to imagines a uera rei ſimilitudine ſũt magis diſtortę: ideoq̃ ut a nobis intelligatur in- terpetre opus eſt callido.

¶ Ea ſõnia q̃bus aliquid p̃ſagimus in fine q̃etis po tiſſimũ (ut puta in mane) contingũt: na3 eo tẽpore ab omni accidẽtali cogitatione imaginatio eſt im- munis: ſucciq̃ oĩs motiones ſuas peregerũt: quo fit ut mens cũ ſilenta & diurnis cogitationib⁹ uacua ſit tũc aĩę obſequatur: magiſq̃ ſeruiat q̃ alio tempore: ideoq3 huiuſmodi ſomnia futurorum prenuntia ſũt manifeſtum eſt igitur qualiter hominum animę ſub ſtantiis ſeparatis in quiete iungantur.

¶ Sed q̃ ſõnia eſt interpetratur⁹ nũq̃ recte id aget ni ei⁹ anima fuerit eleuata, habueritq3 cũ intelligẽtiis affinitatẽ familiaritẽ ue: q̃d ſi ei euenerit tortuoſas ſimilitudines & optas detegere poterit ac nudar̃: iu xta illud Ariſtotelis dictũ exq̃ſitiſſim⁹ q̃de3 ſõniorũ cõiector is ẽ q̃ ſimilitudines rerũ acutiſſime poteſt ꝑ ſpicere & diſcerner̃: qualis fuit Ioſeph (ut inq̃t Aue rois) in Pharaonis ſõnii interpetratione & q̃lis uiſ⁹ ẽ Daniel du3 Nabucdonoſor ſõnium interpetraretur.

¶ Sed circa hęc magna insurgeret difficultas: nã cũ quę prenuntiantur ab intellectuali natura dependeant, necessario futura esse uidentur: & tamen ut unicuiq; manifestum est: & ipsemet Auicenna declarat: quę preuidentur prenuntianturq; ad ipsum prenuntiante3 uel ad eius amicos uel necessarios, seu ad eius ciuitatem uel ad suum clima pertinent: quę omnia potius contingenter euenire uidentur q̃ necessario: nisi asseremus contingens ipsum frequenter non tamen semper habere accidentium incursus quosdã: merito quorum magis alteram partem q̃ opposita3 prefigurari contingat.

¶ Ea etia3 difficultas hoc loco posset oriri: quam Auerrois in eo libro in quo de somno & uigilia agit non paruifacit: dum inquit declaratu3 est in prima philosophia q; abstractę intelligẽtię uniuersales naturas percipiunt: nec his quę habent dissimilia porrigunt: unde impossibile est q; intentionem prębeant omnino indiuidualem cum eam comprehendere nequaq̃ ualeant: quomodo igitur indiuiduas formas tempori & loco proprias agens intelligentia potest tribuere? questio igit̃ esset & difficultas: quomodo ab uniuersali natura particularia pernoscãtur. Nisi diceremus iuxta Auicennę sẽtentiã, quę Auerroi uidet̃ dissona: q; intelligẽtię purę uniuersali modo particularia noscunt: animę uero celoru3 quę plura humanę animę largiuntur, particulari modo particularia ipsa comprehendunt: ut superius satis a nobis

est explicatum: & licet formę in animalibus illis sim plices sint: quia tamen hę animę sunt substãtię agẽtes in hyle mundi, & in animas nostras: formę, quę ĩ eis simplices sunt a nostris animabus ut particulares corporeęq3 recipiũtur: hę.n.simplices formę cu3 ab anima nostra per naturã imaginationis quę eius potestas existit recipiãtur corporeę efficiuntur: & licet hę formę simplices sint, paricularem tamen habent natura3, cum actiuo intellectui maxime seruiant: cuius formę particularem sortiuntur naturam: cum omnis actus circa particularia ipsa uersetur.

¶ Cũ aliquãdo interpetre ipsis somniis opus esse sit dictu3, pateatq3 ex superioribus quando opus sit illo: quę ad ipsam interpetrationem requirantur dicẽda supersunt. Ex pluribus igitur quę in somniorum ueniunt interpetrationes id unum est: q interpres distorta idola & incondita ab his idolis: quę aliquid futurum ostendunt sciat discernere ac separare: distorta aure3 idola ea dicuntur quę secundum se futuru3 aliquid non ostendunt, sed secundu3 remotas ꝓprietates: uerbi causa contingit alicui ex cõcupiscentię in corpore eius dispositione coytu3 somniare: & qa uirgines concupiscibiliores sunt cum uirgine coyre se somniat: somnium istud ex idolis in ipso represen tatis nihil futurum ostendit: uirginis tamen coytus ꝓprietate angustiam & difficultatem futuram somnianti designat, ut in libro Danielis dicitur: quod etiam in exurientis somnio patet: is.n.de ouis se cõ-

medere somniat / ex cuius sõnii idolis nihil preter p̄sentem famem ostenditur / & tamen quia ouum non commeditur nisi frangatur : ex cuius fractione qđ in eo latebat apparet ex ouoruȝ commistionis ꝓprietate occultorum prenuntiat reuelationem : ut etiam legitur apud Danielem in libro de somniis & c.

¶ Incondita uero idola tunc dicuntur quando phātasia transit ex uno in aliud & ab illo in tertiuȝ & sic deinceps : quia tunc interpetrem oportet ad primuȝ recurrere : quod quidem alicuius futuri fuit prenuntiuȝ : & propter hoc etiam : quia contrarioꝝ alteram alterius ratione scita cognoscitur : referturq; utrūq; ad tertium quoddam subiectum : quibus coniunctionibus phantasia per sepe ex altero in alterum se uertit oppositum : qua de causa / uulgo aiūt / siqs se mōteȝ oppetere somniauerit / id longioris uite esse presagiuȝ : opus est etiam ei qui cupit bonus somnioruȝ esse coniector ut artificia calleat eoꝝq; instrumētoꝝ proprietates qb9 artifices ipsi utunt̄ : oīs. n. sub sue artis instrumentoꝝ methaphoris sōniāt : qđ apparet ex somniis duoꝝ ministroꝝ Pharaonis quoruȝ alter pincerna erat alter uero artocop9 ac pistor / quoꝝ alter pincerna. s. ī uite & calice & uino futura p̄sēsit : alter uero artocopus. s. ac pistor in canistris farina plenis & pane. alia qdeȝ sōnioꝝ genera possem9 referre sed breuiores uolum9 esse : q̄re hec dixisse sit satis.

¶ DE PRAENVNTIATIONE QVAE VIGILANTI CONTINGAT ATQVE DE NATVRA PROPHETAE

Ecundo loco illud negocium nobis imminet / ut de prenuntiatione quę uigilanti contingit / deq; eius prophetę proprietatibus disputemus. Refert Auicenna quasdam humanas animas esse ita elatas / nobiles / ac tantoru3 & mirabiliu3 operꝶ ut non solum in propria corpora alterationibus & transmutationibus in eis factis agant: ueꝶ & in aliena & absq; medio: tantisq; uiribus sunt / ꝙ si aliquis eas habentes animas obuiauerint eis obediens cedit: & ad eoꝶ uoluntatis imperium alteratur atq; corrumpitur: cōtingitq; alicui homini esse tali anima prędito / sed raro: difficile. n. est huiusmodi hominem inuenire: nā in paucis inuenitur materia huiusmodi hominis tēperamentum recipiens: ita ut alii diuinu3 quid in eo esse percipiant: quo ille ab ipsis differat: & hic est ille homo quem prophetam uocamus / cuius offitiu3 est uniuersi conseruandi gratia iura atq; pręcepta instituere: nec non & miracula facere: nam cum inferior natura superioris nutui audiat / tali anima prędītus homo / ęgros in pristinam ualitudinem mirabiliter potest reducere: Incolumesq; debiles reddere / ac eorum complexiones deprauare: potestq; etiam elementa ipsa permutare: ita ut id qđ non est ignis efficiatur ignis: & quod terra non est sortiatur terrę naturam: & pro ipsius uoluntate contingunt: pluuię & grandines / & fulmina / & siqua sunt id genus: necnon & terrę fertilitates & uictus penuria: & epidimię / & alia multa: & hęc ea

de causa efficere potest: quia materia animę ipsius multomagis auscultat q̃ contrariis agentibus inter se: & omnis uniuersi natura illi obsequitur. Multa etiam quę naturę cursuʒ ac seriem excedunt ualet efficere: nam sicut cęlorum animę ministri intelligentiarum sunt: sic & qui ad talem pręnuntiationeʒ aptitudinem habent, ministrorum animarum cęlestiū uicem sūmunt: potest etiaʒ talis homo ꝑ eius uoluntate hominib9 parare discordiā atq̧ cōcordiaʒ, suaq̧ ui in ꝑlio potest hostes expellerē: ac eos cogere solo ītuitu, ut uelint nolint, sibi dent herbaʒ: & ut hęc & multa alia possit efficeie ex forti eius imaginatione contingit: & quia elementa ac mixta tam animata q̃ īanimata ei9 ꝑceptis ac uolūtati parata sūt obseq: potest ulterius talis homo orationibus & suplicationibus ac sacrificiis ex forti sua imaginatione super improborum urbes Dei flagellum conuertere, ac efficere: ut homines uirtute prędit & ipsum imitantes bona q̃ plurima consequantur: & hęc dei pręcepto & auxilio, & spiritus sancti inspiratione, ac reuelatione, perficiet: futura quoqʒ potest prę nuntiare: nam (ut inquit Auicenna) Dei uerbum is audit, āgelosq̧ ea specie qua oculis uideri possūt intuetur: similiterqʒ angelorum uoces ad eius aures deferuntur: quas ipse optime percipit, & si hominum uocibus nullo modo sunt similes: & demuʒ uariis linguis sermonem ualet exprimere: nec quideʒ dedecet ipsum abstracta omnia intueri: nam

cum nihil ipsum impediat / ex eius maxima elatio/ne nobilitateq; liberales intelligentię se ipsas cōtem/plari eum permittunt: hęc quoq3 tanta efficere non inconuenit: Cu3 talis homo tot tantaq3 agens / ex maximis astrorum influxibus originem summat / raroq; inueniatur in reru3 natura: Et eius anima a super cę lestibus utpote cęlestium motuum ac uirtutu3 imago & umbra quędam uirtutem suscipit: quam qui habet non tantu3 sibi coniunctu3 corpus potest mouere: sed & id omne quod subiacet ei sphere / cuius motoris ea est umbra & imago. Ex hiis patet qualiter futurorum cognitio contingat / quam antiquis placuit appellare diuinationem: Nam quidam repti sunt qui naturam ueri prophetę habuerunt: (ut de Apolonio thianeo referunt: quod etiam in uita eius legere possumus: ibi nanq3 multa supra natura3 ipsum fecisse apparet: quę recensere superuacaneu3 esset): & quę ipsi prenuntiarēt intellexerūt / ac si cū abstractis affinitate3 habuissent. Non ulli uero sūt tanq̄ furentes qui aut quę ipsi prenuntient nō intelligunt aut qua na3 ex causa prędicant prorsus ignorant: habent.n. quanda3 uim insitam ad naturales quosdam motus solutos ac liberos / omni carentes arte referenda: istiq3 a stellis / uel intelligentiis excitari uidentur: nulla eorum quę dicantur queq3 cęlestibus motibus iudicentur habita ratione aut cōsilio. Hos motus ut inconsultos & nulla humana arte rationeq3 temperatos appellare solemus fanaticos / &

eos ipsos qui sic moueantur, tuꝫ fanaticos, tuꝫ lym phaticos dicemus: quidaꝫ etiaꝫ demoniacos, uulgo spiritus appellant: de quibus infra fiet mētio: & sub hoc genere atqꝫ in uaticinantiuꝫ ordine collocari so lent Sybillę, quas maiores nostri, utpote nūmę quo dam afflatas tantopere uenerati sunt. Multoruꝫ exē pla inmodum adducere possemus: qui diuino affla-tu cōcitati uenerati fuere: qualis fuit Martius uates Romanus ut apud liuium est uidere & quidam alii: sed uolumus esse loegiores.

DE LIGATIONIBVS ET INCANTIO NIBVS ET DE ALIIS QVAE SVPERI VS. II. LOCO PROPOSVIMVS.

Anteq̄ rem aggrediamur oportet scire quasdam esse animas debiles: quę quidem abqꝫ instrumentis & mediis nihil agere ualeant: cuius rei exempluꝫ dat Auicenna, ostendens fabruꝫ lignarium, qui quidē quia ei debilis anima est & ociosa in lignum scanni formam sine adminiculo instrumentorum ad id ge-nusartis pertinent um introducere nequaq̄ potest. Est & aliud genus animarum quarum opera sine in strumenti exterioribus facta, potiora & perfectio-ra q̄ alia opera quę mediis extrinsecis facta sunt: cuiusmodi sunt animę quorundam ęgrorum qui quidem imaginātes se in pristinam ualitudinem re-stitutos esse: id quod medicę artis instrumentis me-

dicis eis dare non potuit sola imaginatione & ani-
mę ui nanciscuntur: cuius contrarium beneualen
ti cõtingit si se laborare aliquo morbo ymagine-
tur: multotiens enim euenit ꝙ si sanus homo in ani
ma sua ęgritudinis imprimat formam, ęger efficia-
tur: eademq; causa est timoris illiqui super trabem
eleuata ambulat, perspicit enim quid intersit inter
eam & pauimentum ex qua perspectione in anima
eius casus imprimitur speties: sicq; metuit: quod ei
non contingeret si lignum stratum esset in pauimen
to: quare cogitatio corpori comunis est & animę:
cuius inditium etiam est,: quod siquis anguem oc-
currat statim pallescit: & siquis ascendat pinnacu-
lum aliquod titubat. Sunt & alię animę: quę quedã
sine aliquo medio & sine instrumentis operantur li
cet non omnia: quia solum ea sine medio & sine in-
strumentis agunt, ad quę imaginatio aptitudinem
habet cęlesti uirtute, & propria complexione: ex q
bus operibus est fascinatis opus. Sed de incantatio-
nibus loqui incipiamus.

¶ Incantamentum seu incantatio sic definitur.
Incantamentum est oratio uehementi affectione in
subsidium incantati maximam habentis fiduciam,
explicata: unde incantator callidus debet esse, cre-
dulus, affectuosus, magni animi & fortis imagina-
tionis: ille uero qui incantatur auidus, maxime
spei, & ita dispositus ut actio in eo recipiatur ue-
lut in materia pręparata: & merito, nam cũ incanta

tio intentionale sit quoddaʒ nihil efficit, nisi hę ad sint conditiones: agentium enim actiones in suscep tibili bene disposito recipiuntur: quare siquãdo cõ tingat quod & incantatori & incantato hę sint con ditiones facile eoruʒ euadit intentio: nam speties in anima existentes secundum rerum exteriorum simi-litudineʒ mouent, ut Aristoteles ait in eo libro qui de motibus animalium inscribitur. Alterant inquit fantasię sensus & meditationes: Sensus enim statim sunt alterationes quędam existentes: fantasia auteʒ & intelligentia habent rerum uirtutem: aliquo eniʒ modo speties intellecta calidi aut frigidi aut delec-tabilis, aut tristabilis talis existit, qualis quidem & rerum una quęq;: propter quod tremunt & timent intelligentes solum: hę autem passiones & alteratio nes sunt.

¶ Ad hęc corpus ab animę passionibus patitur (ut in initio phisionomię legitur) cuius rei inditium amor est, atq; etiam timor, & alia huiuscemodi: un de Aristoteles in primo de anima ait. Videntur om nes animę passiones esse cum corpore ira, mansuetu-do, timor, misericordia, confidentia, ad hęc gau-dere, amare, & odisse: simul.n. ex his patitur cor-pus & anima: cuius rei inditium est, q nullo terribi li pręsente timẽtes animi afficimur passionibus. Cuʒ itaq; incantamenta animę sint passiones corpora pa tientur ex eis: cum patiens nõ ob aliud patiatur nisi quia idoneum est ad recipiendum agentis affectio-

nem Quod etiam Auicenna consentit, dicit.n. cor-
pus ex affectione animi & imaginatione pati: indi-
tium autem esse id quod accidit ei qui fortiter ima-
ginatur tempore casus seminis in matrice in assimi
latione: deinde ait iste quidē sunt res quas hi homi-
nes abhorrent nec credunt: qui difficilis dispositio
nis habitudines non nouere: illi uero qui sapientiā
diligunt, hęc non negant, sicut ea quę esse non pos
sunt: hęc ipse. Ex dictis patet harum rerum radicē
esse affectum: ingenti.n. affectione, qui talibus ani
mabus prediti sunt, non solum proprium corpus,
sed et alienum agitant: & ob eorum nobilitatem
uiliora illis obediunt: & pręsertim quando cum tali
affectione conueniens hora & cęlestis ordo concur-
rant: ligationes itaq; hominum incantamenta & in-
citationes ad odium, amicitiam, iram, gaudium,
detrimentū, & ad alia huiusmodi: Imagines quoq;
ad bellum, pacem, sanitatem, ęgritudinemq; indu-
cendam actę: ex maxima affectione ad qđ actę sunt
id ualent efficere: non tñ oms ex forti imaginatione
possunt hęc agere, sed hi q a natura aptitudinem ac
ceperunt: & in qbus aliquid diuinitatis uiget: quia
tunc ex animi affectione obseruato cōgruo tempor
cū uirtus cęlestis in eis sit quicqd eorū anim9 optat
eius uirtutis merito assequūtur: & omnia illa quorū
similitudines in eoꝝ animis sunt eis obediunt: ad id
adiuuant & charatheres: q qdē fieri debent secūdū
eaꝝ reꝝ, quę quęruntur similitudinē: uerbi causa,

ſiquis alicuius mulieris amore flagret, characteres quoſdam ſeu figuras ſeinuicem amplectentes eo modo quo optat deſcribit. Si uero odium, ſeu diſcordiã aliquis cauſare uelit, figuras dimicantes deſcribit: hę.n. ad quorum effigiem ſunt, intentioni debent correſpondere: rurſuſq; cum eius anima ad hoc ſit ꝓcliuior: & tempus, & alia quę ei rei conueniunt eligit: Sed hoc ſcias, ꝙ ſiqui fuerint uehementer amãtes alter alterum, & aliquis uoluerit inter eos diſcõdiam cauſare: ſi eius imaginatio fortior erit q̃ eorum qui ſe inuicem amant imaginatio ſit: res ex ſententia ei ſuccedet merito imaginum, &characterum & aliorum quę ipſe conſtruet: ſi uero debilior fuerit eius imaginatio: nec eius anima amantium animas in imaginatione uincat: contrarium eius quod optat eueniet, nec poterit ullo modo odium cauſare: ſed potius erit cauſa eius imaginatio maioris amoris, &coniunctionis amantium: & hoc precipue ſi eadem hora amantium imaginatio ligantis animum antecellet: ſicut enim maius lumen minus offuſcat ſic & maior imaginatio minorem deſtruit: & quicquid ipſa ligauerit ea ſoluit.

¶ Quod aũt incantamenta qñq; ualeant multa exẽpla poſſemus adducere: ſed ex multis quędam referre non erit inutile: Vidimus.n. aliquando merito ĩcantamenti id fieri in congelatione ſanguinis manãtis ex aliqua uena: quod medicę artis inſtrumẽtis nequaq̃ effici potuit: & id in inſtanti. Item quidam ſunt qui uerbis angues uiribus priuant: ita ꝙ nihil

ledere possunt. Preterea noui quendam cui etiam ca rus sũ: qui tribus his uerbis in incisorio albo scriptis hoc pacto. s. ✠. Mathareus. ✠. Machabeus. ✠. unus. ✠. mirabiliter dolorẽ dentiũ sedat. Id etiã qđ refert Gellius atq Plinius hoc loco addã: dicunt. n. in Affrica familias esse quasdã teste Isogono & Mẽ phodoro quorum laudatione intereant probata are scant arbores, & emoriantur infantes. Ego etiã me mini cum essem puer me cũ aliis eiusdẽ etatis pue- ris, quorundam uerborum ui maximum pondus di gitis extulisse. Nec solum generabilia & corruptibi- lia incantamentis mouentur, sed etiã ea que ingeni ta sunt, & nulli corruptioni obnoxia ut ait Albu- masar. Refert. n. grecorũ reges cũ aliquid deos exo rare uellent Draconis caput in medio celi, cũ Iouis imagine solitos ponere: & non solum hoc, sed etiã multa alia eos solitos esse facere: quibus dicebãt a di is eorum orationes exaudiri. Homeri quoq extat au ctoritas: qui carminibus scribit Agamemnonẽ bri seidem sacerdoti patri eius eripuisse: quamobrẽ sa cerdos incantamento solem rogauit pollicitusq est ei in futurum se sacrificaturum, si Agamemnonem & alios grecos ulcisceretur: tandem sol eius incanta mento motus radiis suis pestem prius inter grecorũ bestias iaculatus est, & demum inter homines adeo q Agamẽnon sacerdoti briseidẽ coactus est reddere que qdẽ pculdubio inuicte princeps apud Homerũ legisse te arbitror: sed de incantamẽtis satis hec sint

¶ DE FASCINATIONIBVS ET DE ALIIS .III. LOCO PROPOSITIS.

Vnc autẽ ut de fascinationibus agamus locus expostulat: quamobrem definientes dicamus, fascinationẽ esse affectũ qui uel ex naturali inimicitia fascinantis in fascinatũ uel ex forti eius imaginatione causatur, uel ex spiritu fascinantis per oculos fascinati ad cor ipsum ingresso prouenit: sed ꝓ huius rei maiore notitia id sciamus oportet: q̄d homo naturaliũ rerũ omniũ quodadmodo finis est: & ꝙ omnia quę in rerum natura sunt ipsi homini, & pręsertim eius imaginationi summopere obediunt. Sciendum tamen est ꝙ homini omnia hęc eodem tẽpore non auscultant, sed uariis temporibus: nec uni tantum homini omnia: sed huic quędam & quędam illi: nec uno medio tantũ, sed diuersis mediis. Sũt enim interdum aliqui homines qui respectu aliquorum aliorum ad fascinationem aptitudinẽ habẽt: adeo ꝙ alii eis obediunt & ꝑsertim si mediis qbꝰdã puta lapidibꝰ uerbis uł herbis ipsi utanť. qbus in rebꝰ multę sunt uirtutes & fõtasse omnium rerũ: ex his .n. mirabilia effecta euenisse uidẽtur, quę omnia ex occulta ꝓprietate eorũ eueniunt: ꝓindeq; nullus miretur si cũ inanimatũ ex sua ꝓprietate mirabiliũ effectuũ sit causa, etiã aĩatũ cũ eo cõiũctũ ea possit efficere. Quarẽ fascinatio ꝓculdubio ex naturali inimicitia oritur. In naturalibꝰ. n. sicut omne simile suũ

simile adiuuat / diligit / & amplectitur / sic & dissi/
mile dissimili contrariatur: omnisq; species natura/
lis atq; etiam particularis natura / ex naturali impe
tu alicui speciei / & alicui alii particulari naturę in/
uidet / & iniuriatur: Similiterq; unicuiq; speciei est
aliquid: qđ ei timorem affert uel spem: aliquid etiã
quo ipsa gaudet / uel quod eam destruit atq3 deni/
grat: unde ex instinctu naturę oues lupũ cognoscũt/
ac metuunt [illegible]lum uiuum sed etiam mortuu3:
nec tantum [illegible]d etiam olfatu: quo modo etia3 le
pus canem cognoscit / & felis murem: & omne genus
quadrupedum leonem metuit / & omne genus uolu
crũ aquila3: & hęc & cętera animata homine3 metu/
unt: & hoc unicuiq3 speciei natura est insitu3: & par
tes eorum animalium quę dum uiuerent / oderunt se
inuicem / ut puta pili & ossa & alię huiusmodi par/
tes / post mortem idem odium seruant / unde pellis
leonis omniu3 alioꝝ quadrupedu3 pelles lędit / & uĩ
cit: & pellis ouis a pelle lupi cõsumitur: & timpanũ
de pelle lupi factu3 / illud quod de pelle ouis est fac
tu3 pulsando obtundit: quod cu3 ita sit quemadmo
dum in speciebus est amicitia & inimicitia a natura
insita / sic & in indiuiduis nõ tantũ diuersaꝝ specie
rum sed etiãeiusde3 speciei ut puta / ĩ indiuiduis hu
manę speciei. Sunt enim quędam indiuidua quę cu3
aliis indiuiduis naturalem retinent inimicitiam: &
quemadmodu3 contrarium ab excellentiore contra/
rio patitur / sic & eorum siqua debiliora sunt a for

tioribus patiũtur. Quid uero imaginatio in fascina
tionibus ualeat ex his quę de prophetis atq; de incã
tamentis a nobis sũt explicata satis apparet. Sed qđ
fascinatio ex spiritu ex oculis egresso contingat, ex
eo patere potest ꝙ mulieres si dum eiiciunt me-
strua speculum nouuʒ aspiciant illud inficiunt: mul
taq; alia ab eis eo tempore uisa patiuntur & ita ex fa
scinantis oculis maligni humores exeunt: qui maxi-
me puerum tenellę ętatis afficiunt: ex qua uenenosa
affectione puerũ pati necesse ē. Nã fascinatrices istę
maloꝝ humoꝝ pessimoꝝq; moꝝ exiſtũt: & ꝓprie mu
lieres hę sunt: quę uernacula lingua dicuntur stri-
ghę: Nec naturam humanam in aliquod animal ir-
rationale conuerti est opinandum ut uulgo credit̃.
Addaʒ & hoc Plinio teste in Illiricis & Traballis ho
mines esse qui interimant uidendo, si quicq̃ diuti-
us irati perspiciant: & maxime hoc malum sentire
ĩpuberes, fęminas quoqʒ ubiq; nocere quę duplices
pupillas habent.
❡ Nunc autem id superest ut causam eius passionis
quę puellulam infestat dum a muliere illa perspici
tur, inmedium afferamus, & licet ex his quę superi
us diximus quando sermonem de incantationi-
bus habuimus, & ex iis quę nunc supra recensui
mus ea elici possit tamen aliqualiter repetemus.
Nam fascinantem in fascinatum agere sine medio
declaratum est: adeo ꝙ fascinatus fascinantis ima-
ginationi obediens existat. In rebus quoq; conue-

nientiam atq3 disconuenientia3 esse enucleatu3 est. In quibus uero disconuenientia existit: Si alterum potentius / alterum uero debilius sit: Debilius a fō tiori leditur: Itaq3 membrum puta oculum huius mulieris discordiam cum puellulę membris habere non inconuenit. Atq3 cum puellula ex illius aspectu ledatur: mulieris membra supra puellulę mē bra excessum habere contingit / uel cum puellula ista ipsius mulieris ymaginationi a natura sub iaceat / ipsam ex mulieris intuitu pati non dedecet. Nunc uero quare si ea puellula supra se rutam gerat a muliere illa perspecta non ledatur exquiramus. Dicamus igitur uel hoc esse ab occulta rei proprietate / uel potius rutam herbam corpora nostra ab humorum malignitate / & a rerum uenenosita te defendere: quamobrem cum membra illius mulieris puellulę membris sint tanq̄ uenenum / uel occulta rutę proprietate / uel eius odore puellula ab eorum uenenositate defenditur: ꝙ autem quibusdam humoribus herba hęc iniuriam inferat / ex eo patere potest / ꝙ si ei qui uulgo demoniacus dicitur offeratur / statim eam fugit / & eius fastidit odorem / quod ideo euenit quia melancolico humori ea herba naturaliter est infesta.

¶ Aliam tamen huius rei causam possemus adducere. Possumus. n. id imaginationi tribuere: nā cū puellulę credulę anus illa ꝑsuaserit eam non posse ab illa

muliere ledi si ruta secum ferat, ea suasione & forti imaginatione credens puellula offendi non posse fõtasse tutior est effecta. & hęc de fascinationibus dicta sunt satis.

₵ DE MOTV ET RESPONSIONIBVS IDOLORVM QVOD. IIII. LOCO PROPOSITVM EST.

T si responsa quę ab idolis antiqui dari credebãt ab eis data nullo modo phylosophicę putemus: sed potius a falsis sacerdotibꝰ: quod ex eo ꝑcipere possumus: ꝙ quicq̃d responderent multiplex erat, cuius multiplicate quicquid eueniebat ex eo responsum poterat uerificari, cuius argumento sit illud, Aio te Aeacidam Romanos uincere posse: tñ si hoc ueꝵ fuisset id sciamus oportet: ꝙ mirabilia a rebus multipliciter exeunt: quandoq̃. n. merito cęlesti uꝫ uirtutuꝫ quę q̃deꝫ in eis impresse sunt egrediunt: quemadmodum refert Ptolomeus quadripartiti q̃r to, ubi ait. Si. n. luna domina magisterii existens, sit in sagitario & piscibus, per mortuos diuinabit. Si igitur hoc possibile sit, sapiens cum hoc aspectu uel simili, si ibi taꝫ cęloruꝫ dispositiones q̃ etiaꝫ terrenę concurrant: imagines seu statuas cõstruere poterit, futura pręnũtiantes: hoc autẽ erit, q̃a hę imagines a cęlestibus corporibus dupliceꝫ uitę sortiẽtur graduꝫ rationalem. s. seu intellectiuuꝫ, & motiuum (ut declarat Hermes trimegistus: & quemadmodum ut inq̃t) Deꝰ deoꝵ cęlestiũ est effector. Ita & homo

fictor existit deo℞ qui in templis sunt humana pro ximitate contenti: statuas dico animatas sẽsu & spi ritu plenas tanta facientes ac talia, statuas futurorũ prescias: easdeꝫ de somniis & multis aliis rebus presci entes: & imbecillitatem hominuꝫ facientes: eosqꝫ cu rantes tristitiam letitiamqꝫ dantes pro meritis: Hec Hermes. que quideꝫ si his aspectibus expectatis qui requiruntur fiant (ut de Alberto referunt: qui cum aliquis quoddam caput ab eo machinatum destrue ret: conquerens ait fregisti opus triginta anno℞) fu tura ualent prenuntiare: in quibus operationes que rationalis anime sunt ab ipsis idolis seu statuis me diate ꝑueniunt: immediate uero a principio uite: quod ipse sortite sunt uirtute intellectus agẽtis ani marumqꝫ celestium & stellarum. Quod auteꝫ opus quod anime est humane ab animabus celestibus, & ab intellectu agente proueniat defacili declarari po test. Nam cum anima humana sit ymago & umbra animarum celestium, & ipsius intellectus agentis: quicquid uirtutis anima nostra possidet he aĩe cele stes ꝑfectioni modo cõtinent: Naꝫ queãdmoduꝫ ue getatiuuꝫ in sensitiuo, & sensitiuuꝫ in intellectiuo ita & intellectiuum in abstractis celestibus contine tur: quamobrem non latet hec opera non demonia ca uirtute fieri, sed ex eo uite principio quod est in statuis, seu idolis & figuris & aliis huiusmodi a ma gis machinatis prouenire: Effectorum quoqꝫ mira bilitas quãdoqꝫ ex primis qualitatibus euenit qñqꝫ

ex hominis angelorumq; imaginatione & quandoq; ex rerum ad inuicem relatione: quę omnia si distincte declarare uellemus sermonem nostrum proferemus nimis.

¶ DE FANATICIS SEV DAEMONIACIS ET DE ALIIS QVAE QVINTO PROPOSITA SVNT.

Ristoteles xxx. particula problematum, eum affectum quo hi laborant q uulgo demoniaci dicuntur ex melancolico succo asserit causari: quod Auicenna profecto non negaret cum mulieres pręsertim fatuę & uiris carentes, demoniacę efficiantur. Cognoui. n. in piceno quendam hominem qui quidem omnes iuuenes mulieres a dęmone eripiebat: siq̃ uero anus a dęmone infestata ad eum accessisset, uel mortem obibat, uel nunq̃ ab ea demon expellebat: cuius rei causam a nullo queramus. Verumtamen cum atrabilis ad tot tantaq; mirabilia quę quotidie uidētur satis non sit: aliam horum mirabilium operum causam inquiramus, nulla alia abstracta esse p̃ter ea quę superius de mente Auicennę diximus concedentes. Pro cuius rei notitia oportet pręsupponere quędam, quę Auicennę dictis nullo modo obstabunt: & primo abstracta mortalia ipsa curare, ut superius dum de prophetis ageremus apparuit: quod etiam Aristoteles uidetur sentire. x. ęthicorum capite. x. & . ii . cęli commentis. xxxvi. &. xxxvii. Secundo abstracta quędam necessario agere (ut puta unā

intelligentiam aliam causare / & celorum animas or bes mouere) quedam uero contingenter / ut puta qñ suplicationibus seu orationibus se ipsa mouent / au diuntq; hominum uota ut superius est declaratum: qđ etiaʒ Aristoteles uidetur sentire. v. ethicorum ca pite. ii. dum quo pacto deos orare debeamus nos do cet: cuius rei inditium est etiam ꝙ si contingenter aliqd abstracta neq̄cq̄ agerent frustra orãtes tp̄s cõ tereremus. Tertio idẽ presupponam⁹ / quod superi⁹ in questione de intellectu agente diximus: Animaʒ .s. nostram mediante phantasmate se ad agenteʒ in tellectuʒ conuertere: ut ab eo scientiaʒ summat: sicq; phantasma nos ipsos disponere / ut intellectui agen ti uniamur: qua unione sciẽtia causet̃ in nobis. Rur susq; possibile eẽ in corpore nostro succuʒ aliqueʒ eẽ cuidaʒ celesti dispositioni correspondenteʒ cui⁹ me rito idonei simus ad recipiendaʒ scientiaʒ ab intellec tu agente uł ab aliqua alia intelligẽtia: que quidem propria uoluntate nos agitet cuʒ uelim⁹ nolimus ue ip̄a in nobis ualeat operari: quo loco illud animad ṽ tas ꝙ in scientiis que per doctrinaʒ acq̄runtur phan tasia discipuli a uerbis preceptoris mouet̃: que q̄deʒ uerba conceptus preceptoris sunt signa: quamobreʒ in ea re uerba necessaria sunt: alioq̄n coceptus animi preceptoris nunq̄ ab aĩa discipuli cõprehẽdi posset: cuius rei causa cõtagia sunt corporaliũ circa animaʒ reꝝ & quemadmoduʒ si q̄s doctor esset qui quidem a nulla re corporea impediret̃ ipse sue mẽtis cõceptus

absq3 uoce aliqua discipulo posset aperire & ei9 imaginationem mouere: ita etiam abstracta cum nullo modo corporea sint, conceptus proprios in hominũ mentibus absq3 uoce & signo aliquo possunt imprimere: abstracta. n. in suis conceptibus exprimendis nequaq̃ corporea indigent functione: qua quidem pauloante prȩceptorem diximus indigere in aperiẽdo cora3 discipulo quicquid animo cõcepisset Quarẽ abstracta in anima alicuius hominis ea possunt imprimere, quȩ nunq̃ sensui subiecta fuere: sicq3 talis homo in cuius anima ea finxerint, ea proferre poterit quȩ antea a nullo audita fuerint, & ea moliri poterit quȩ nunq̃ in reru3 natura fuerint uisa: & uariis linguis & de diuersis scientiis poterit disputare: rursus corpus suu3 & quamlibet corporis partem irregulariter & nulla habita ratione mouebit: ea etiã macchinabitur hic demoniacus: quȩ si fatuus esset macchinaretur: Neq3 aliquis hoc miretur nam cum eo tempore anima ab intelligentia ualde agitetur regularis & decens motus corporis impeditur. Sed ea quȩ diximus demoniaco euenire alio etiam modo ab eo quem pauloante diximus ei contingere possũt. Quẽadmodũ. n. cȩlestis anima orbem mouet cuius motu mouet̃ ignis, motu aũt ignis mouet̃ aer, & sic de aliis: Sic & abstracta quȩ homini uniunt̃ eius phantasmata mouẽt: phantasmata aũt eius intellectu3: qua motione facta conceptũ quȩ in intellectu sunt manifestatio ꝓdit: Et cũ p̃suppositu3 sit in abstractis ali

quas contigentes operationes inesse / asserimus eas in telligentias / quę alicui homini unitę fuerint phan/tasmata in illius imaginatione existentia contingen ter mouere: & cum infinita fere phantasmata in ea sint: et omnia ipsa cognoscant: quęcunq3 uoluerint mouere / mouebunt: sed si talis ordo in phantasmati bus fuerit ꝙ moto uno moueantur & alia / tunc prę ter intentum intelligentiarum turpium rerum mo/uebuntur phantasmata / & sic per accidens ab intel ligentiis turpia uenient.

¶ Alio etiam modo dicere possumus / nam cum ab/stracta uirtute propria ea possint efficere / quę & ho minum animę: quę quidem abstractorum imagines sunt & umbrę: hominum autem animę sua ui orga/na phantasię mouere possint / abstracta quoq3 phā tasię organa ad exprimēdas uoces mouere poterūt / sicq3 abstracta illis organis utentur / ut moueāt phā tasiam / eo modo quo nauta remis utitur ad nauim mouendam: sicq3 homines uariis linguis loqui posse: infantes futura pręnuntiare / & bruta loqui ad libi tum abstractoꝝ nō ē incōueniēs: & ꝑcipue si aliq̄ cō poralis dispositio elemēto stellaꝝ respōdēs cōcurrat: & has oꝑationis intellectui agēti ascriberē possum⁹: & cū philosophicū sit ētia nō sine necessitate multi/tudinē sortiri: Si haꝝ oꝑationu3 causā uno abstrac to aīę humanę ꝓportionato indagari possumus: ꝑ/fecto inconueniens erit / si cum abstractorum mul/titudine quę ad animam humanam nullā habeāt cō uenientiam hęc effecta ad causam reducātur. Namī

tellectus agens abstractoruȝ infimus / quę sphere ac tiuorum & passiuoruȝ intelligentia nuncupatur / po testate & uirtute / atq; intellectu omnia pręterita p̄/ sentia & futura continet : & cum animam nostram creet: ipsaȝ agitare ad quę uoluerit / & futuroruȝ co gnitionem ei posse largiri arbitrandum est. Ex his ergo inferre possumus quędaȝ opera ex his quę pha naticę mulieres agunt / ut puta /ea quę magna ui fi unt ab ipsis quamuis supernaturalia uideantur / ex quadam tamen cōporis dispositione prouenire: nec non & ex alicuius succi natura: Vidimus enim quan doq; ęgrotantem tantarum uirium q; omne uinculū ęneum absq; labore fregisset. quędam uero alia / ut puta / disputare / futura pręnuntiare / aliaq; huius/ modi / quę ipse efficiunt ab intelligentiis prouenir̄: ea.n. ad aliud referri nō possūt q̄ ad abstracta & ma ximę ad ītellect⁹ agētis naturā. Patet igitur quomo do mirabilia hęc alia ui q̄ ui dęmonis fieri possunt ex Auicenne consesu: qui quidē pręter .xi. intelligē tias: nouem cęloruȝ animas / & humanas formas nul lam aliam spiritualem intellectualemq; substantiam esse asseruit.

¶ Ne mireris o lector nos asseruisse quę diximus om nia ex Auicennę consensu dixisse: cum in iis libris q̄ ei ascribuntur non omnia expresse inuenias: naȝ si be ne Auicennę principia perceperis ex eis quęcunq; di ximus: poteris haurire: cognocesq; ea eodem pacto

Auicennę nos tribuisse quo & quędam .iz. methaphi sicę comento. xiiii. materię primę naturaꝫ exquirens Auerrois Aristoteli tribuit: quo loco ideꝫ Auerrois in hęc uerba prorumpit: hęc inquã est perfecta ima ginatio materię primę: & hoc nunq̃ dixit Aristote/ les in aliquo loco sed inuenitur ex eius uerbis & c.

¶ Verumtamen omnia fere hęc a uera fide & ab ip̃a ueritate aliena esse fatemur, & in questione fidei a nobis composita fideliter omnia hęc reiecimus tãq̃ falsa & nullius momenti.

FINIS.

Recognito uolumine errata quędam quę magnę rei uidebantur eẽ dep̃hensa annotauimus: reliqua silen tio dissimulauimus quę per te castigare poteris.

Tractatu primo.

fo. primo: narlium: leg. naturaliuꝫ. fo. ii: in corpore habeat: leg. nõ habeat. fo. vii. separi: leg. saparari. fo. viii. particulare: leg. particulares. fo. x. utit̃. leg. uertitur. fo. x. ei⁹q́ꝫ cognito: leg. cognitio. fo. xi. cõ tinetur: leg. continentur. fo. eodem hęc. n. leg hę. n. eodem etiam afferre poterit: leg. potuit. fo. eodeꝫ ef ficacem: leg. efficaciam. fo. xiiii. conseruandę speci ei gratia fit. leg. sit. fo. eodem qđ aũt uirtutem: leg. uirtute. ubicunq́ꝫ inueneris causale uł causalis: legẽ. casuale uł casualis. fo. xvii. inter hoc igit̃: legẽ. inter hos. fo eodeꝫ rationalis animi: leg. animę. fo. xx. ita & animam: leg. anima. fo. eodeꝫ hyiundines: leg. hy rundines.

In secundo tractatu.

fo. z. textu comenti. xx. deest dicũtur: leg. textu co

menti.xx.dicnntur.fo.iiii.indagatarꝫ se esse:leg.in dagaturum.fo.eodeꝫ ea maior:leg.ei.fo.eodeꝫ pro cõcepto:leg.pro cõperto.fo.eodẽ allatarꝫ aspirat: leg.allaturuꝫ.fo.eodẽuictoriam cõmittant:leg. co mitantur.fo.v.paulatim remouebit:leg.remouebit

Tertio tractatu.

fo.primo egritudinis ut:leg.ue.fo eodẽ effectuꝫ nõ naturalem:leg.affectum.fo.z.sibi abstractis: leg. ab abstractis.fo.eodeꝫ similis morti leg.mortuo.fo eodem contingerunt:leg contigerunt.fo eodeꝫ solli citarent:leg.sollicitarunt.fo.eodem palestriaq;:leg palestritaq;.fo.3.recipiant simitudine:leg. similitu dine.fo.quarto in animalibus illis:leg.in animabus fo eodem in hyle:leg.in hylen.fo.eodem aurem:leg aũt.fo.eodem alteram:leg.alteruꝫ.fo. vi.non ulli : leg.non nulli.fo.eodem nũme:leg.numine.fo. eo/dem in modũ:leg.in mediũ.fo.eodẽ uolum9 eẽ loe giores:leg.nolum9 eẽ lõgiores.fo.eodeꝫ sine instru/menti:sine instrumentis.fo.vii.trabem eleuata:leg. eleuatã. fo.eodem fascinatis opus:leg.fascinantis.

